Ἐπ' ἀλλοτρίαις ξυμφοραῖς ἰδίας τρυγᾶν λύπας.

Male autem quidam dicunt, empyricum virum.

Ex Epheſio Sorano res Hippocratis expoſui.

Qui Hippocrates medicus, Heraclidæ, Cous,

Jubebat (ſententiis erudiebat medicorum genera)

In alienis calamitatibus proprias vindemiare triſtitias.

VI. 2. SVIDAS *Lexico.*

ΚΩΣ· ἡ νῆσος, ὅθεν Ἱπποκράτης ὁ ἰατρός· [2] ἥτις καὶ Μεροπίς.

VI. ÆM. PORTVS, *interpres.*

Cos: inſula. Unde Hippocrates medicus. [2] Quæ & Meropis vocatur.

STEPHANVS *de Vrbibus.*

ΚΩΣ, πόλις, καὶ νῆσος. ἔστι δὲ ἐχρημάτιζον Ἱπποκράτης καὶ Ἐρασίστρατοι ἰατροί. [2] Ἦν δὲ Ἱπποκράτης τῶν κατὰ μέρος Νεβριδῶν. Νέβρος γὰρ ἐγένετο ὁ Ἀσκληπιαδῶν, ὧν ἦν ἡ Πυθία ἐμαρτύρησεν· ἦν, Γνωσίδικος· Γνωσίδικοι, Ἱπποκράτης, καὶ Αἴνιος, καὶ Ποδαλείριος. Ἱπποκράτους Ἡρακλείδης· ἦν Ἱπποκράτης ὁ ἐπιφανέστατος, ὃς ἅπαντα συνέταξε καθαρώτατα.

J.A. VANDER LINDEN, *interpres.*

Cos urbs, & inſula. Hinc vero cognomen Hippocrates & Eraſiſtratus medici acceperunt. Erat autem Hippocrates ex Nebridis dictis. Nebrus enim fuit nobiliſſimus Aſclepiadarum: cui & Pythia teſtimonium perhibuit. cujus, Gnoſidicus: Gnoſidici, Hippocrates, & Ænius, & Podalirius. Hippocratis, Heraclides. cujus, Hippocrates ille celeberrimus, qui & admirabiles libros reliquit.

ISIDORVS HISPALENSIS, *Geograph.* ſive *Orig.* XIV. 5.

Coos inſula, adjacens provinciæ Atticæ, in qua Hippocrates medicus natus: quæ, ut Varro teſtis eſt, arte lanificii prima in ornamento fœminarum inclaruit.

SVIDAS

SVIDAS
Lexico.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΗΣ Κῶος ἰατρὸς, Ἡρακλείδου ἢ ὑός· [2] ἰατρῶν μὲν πάντων ἐπιφανέστατος· [3] ὡς τέκτων γὰρ ἦν πάππου, [4] [καὶ] ἦν Ἡρακλείδου πατρὸς, εἰ καὶ ὁμώνυμος λέγεται, [5] λαβὼν τὸ ἀσθενὲς ἐφ' ὅσον τῆς βιωφελεστάτης ἰατρικῆς γένεσθαι· [6] ἀπόγονοι δὲ Χρύσης τε ὄνομα, [7] καὶ Ἐλάφου ἦσαν ἐκείνου παῖδες, ἰατροὶ καὶ αὐτῶν. [8] ἔτι μαθητὴς γέγονε, τὸ μὲν πρῶτον τοῦ πατρός. [9] μετὰ δὲ ταῦτα Ἡροδίκου τοῦ Σηλυβριανοῦ, [10] καὶ Γοργίου ῥήτορος, καὶ φιλοσόφου. [11] ὡς δέ τινες, Δημοκρίτου τοῦ Ἀβδηρίτου· ἐπιβαλεῖν γὰρ αὐτὸν νέον πρεσβύτῃ. [12] ὡς δέ τινες, καὶ Προδίκου. [13] διέτριψε δὲ ἐν Μακεδονίᾳ, φίλος ὢν σφόδρα τῷ βασιλεῖ Περδίκκᾳ. [14] Παῖδας δὲ ἔσχεν δύο, Θεσσαλὸν καὶ Δρακοντα, [15] κατέτριψε τὸν βίον, ἐνιαυτῶν γεγονὼς δ' καὶ ρ', [16] καὶ τέθαπται ἐν Λαρίσσῃ τῆς Θεσσαλίας. [17] ἐν δὲ τοῖς εἰκόσιν ἱστορεῖται τὸ ἱμάτιον ἐπὶ τοῦ κεφαλοῦ ἀναδεδεμένος, καὶ σκεπόμενος· [18] ἢ, ὅτι τοῦτο ἔθος ἦν αὐτῷ, [19] ἢ λαβὼν τὸ φιλαπόδημον, [20] ἢ τὸ ἴδιον ἐν τοῖς χειρουργίαις. [21] ἔτι ἔγραψε πολλὰ, καὶ πᾶσιν ἐγνώσθη λαμπρός. [22] ὥστε καὶ τὸν τῶν Περσῶν βασιλέα, τὸν καλούμενον Ἀρταξέρξου, γράψαντος πρὸς Ὑστάνου, τῆς δ' ἀνδρὸς σοφίας δεόμενον· [23] Βασιλεὺς βασιλέων, καὶ τὰ λοιπά. [24] Αἱ μὲν οὖν γραφεῖσαι παρ' Ἱπποκράτους βίβλοι πᾶσι τοῖς μεθερμηνευομένοις τοῦ ἰατρικοῦ ἐπιστήμης ἔκδηλοι· [25] καὶ ἔστιν αὐτὰς καταστάζοντας, ὡς

ÆM. PORTVS,
interpres.

HIPPOCRATES Cous, medicus, Heraclidæ filius.[2] *artis medicæ peritissimus.* [3] Præfertur enim etiam avo, [4] [&] patri Heraclidæ, quamvis ejusdem nominis esset,[5] quod tamquam fidus, & lumen fuerit medicinæ, quæ vitæ est utilissima. [6] Fuit autem unus ex posteris Chrysi, [7] & Elaphi, illius filii, qui & ipsi fuerunt medici. [8] Hic primum quidem fuit discipulus patris, [9] postea vero Herodici Selybriani, [10] & Gorgiæ Oratoris ac philosophi. [11] Ut vero quidam *tradunt*, Democriti Abderitæ. Ipsum enim adolescentem ad illum jam senem accessisse *ferunt*. [12] Ut vero quidam *dicunt*, *fuit* & Prodici *discipulus*. [13] Commoratus autem est in Macedonia Regi Perdiccæ admodum charus.[14] Duos habuit filios, Thessalum & Draconem. [15] Obiit autem ætatis anno CIV. [16] Sepultus est Lariſſæ in Thessalia. [17] In imaginibus autem traditur ipsum habere caput veste involutum, & tectum: [18] vel quod hic esset ejus mos, [19] vel propter peregrinandi studium, quo flagrabat, [20] vel ob peculiarem in chirurgia morem. [21] Hic multa scripsit, & apud omnes clarus evasit. [22] adeo ut magnus ille Persarum rex, qui vocabatur Artaxerxes, scriptis ad Hystanem literis, hujus viri sapientiam expetiverit. [23] Rex regum, & cetera. [24] Libri autem ab Hippocrate scripti omnibus medicinæ studiosis sunt notissimi, [25] eosque adeo amplectuntur, *tantique faciunt*, ut

ὡς θεῖ φανερὰ, καὶ οὐκ ἀνθρωπίνῃ προσελθόντας οὐκ ἀσφαλέως. [26] πολλὰ δὲ τὰ ἀπορρήτως καὶ ἡμεῖς ἐπομνημονεύσομεν. [27] πρῶτον μὲν βιβλίον ὁ τὸν ὅρκον περιέχων, [28] δεύτερον δὲ ὁ τὰς προγνώσεις ἐμφαίνων. [29] τρίτον, ὁ τῶν ἀφορισμῶν, ἀνθρωπίνῳ ὑπερβαίνων σοφίαν. [30] πεμπτὸν παρὰ τοῖς πολυβύβλοις καὶ πολυθαύμαστος ἐξηκοντάβιβλος, ὁ πᾶσαν ἰατρικὴν ἐπιστήμην τε καὶ σοφίαν ἐμπεριέχων.

[31] Ἱπποκράτης Γνωσιδίκεω υἱός, Κῷος. [32] πατὴρ Ἡρακλείδης τοῦ πάππου Ἱπποκράτους, ἰατρὸς καὶ αὐτὸς ϗ ἀπὸ τῶν Ἀσκληπιαδῶν. [33] [ἔγραψεν] ἰατρικά.

[34] Ἱπποκράτης Θεσσαλός. Κῷος ἰατρός. [35] ἔκγονος δὲ Ἱπποκράτους τοῦ δευτέρου τοῦ υἱοῦ Ἡρακλείδου. [36] ἔγραψε καὶ αὐτὸς ἰατρικά.

[37] Ἱπποκράτης τέταρτος, ὁ Δράκοντος ἰατρὸς Κῷος. καὶ αὐτὸς, ϗ αὐτοῦ γνώριμος. [38] ὃς ἰάσατο μὲν Ροξάνην. [39] ὑπὸ δὲ Κασάνδρου τελευτοῦντος τοῦ υἱοῦ Ἀντιπάτρου [40] ἔγραψε καὶ αὐτὸς ἰατρικά.

[41] Ἱπποκράτης δύο, πέμπτος καὶ ἕκτος ἰατρὸς, Θυμβραίου παῖδες, Κῷοι καὶ αὐτοὶ, ϗ γνήσιοι ϗ αὐτοῦ. [42] ἔγραψαν ἀμφότεροι εἰς τὸ αὐτὸ ἐπιστήμιον.

[43] Ἱπποκράτης ἕβδομος, Κῷος, καὶ αὐτὸς ἰατρὸς, Πραξιανακτος παῖς· καὶ αὐτὸς ὢν τοῦ γνησίου ϗ αὐτοῦ. [44] ἔγραψε καὶ αὐτὸς εἰς τὸν αὐτὸν τρόπον.

divinas, non autem ex humano progressas voces *esse putent*. [26] Præcipuos tamen & ipsi recensebimus. [27] Primus igitur liber est ille, qui *medicum* jurandum continet. [28] Secundus vero, qui prædictiones explicat. [29] Tertius, Aphorismorum, qui superat ingenium humanum. [30] Quartum locum teneat celeberrimum illud, & valde admirabile opus, quod à LX. librorum numero vocatur Hexecontabiblus, quod omnem medicam scientiam & sapientiam continet.

[31] Hippocrates, Gnosidici filius, Cous, [32] pater Heraclidæ, patris Hippocratis, medicus & ipse, è familia Asclepiadarum, [33] Artem medicam *scripsit*.

[34] Hippocrates, Thessali F. Cous medicus, [35] nepos Hippocratis secundi, filii Heraclidæ. [36] Scripsit & ipse medica

[37] Hippocrates quartus Draconis F. Cous medicus, ejusdem & ipse generis, [38] qui curavit Roxanen. [39] Sub Cassandro autem, Antipatri filio, de vita decessit. [40] Scripsit & ipse medica.

[41] Hippocrates duo, quintus, & sextus, medici, Thymbræi filii, Coi & ipsi, ejusdem generis. [42] Scripserunt ambo in eandem scientiam.

[43] Hippocrates septimus, Cous, & ipse medicus, Praxianactis filius, ejusdem & ipse generis. Scripsit & ipse de eadem arte.

JOH. TZETZES
Histor. x. Chil. cccxlix. 712. ut & xii. Chil. cccxxxiv. 638.

ΑΣΚΛΗΠΙΑΔΑΙ τοιγαροῦν καλοῦνται μὲν κυρίως,
Ὅσοι καθ' ὑγιὲς σχῆμα ἀπὸ ξύλου τέτα,
Καὶ ἰατροὶ, κἂν ἕτερον ὧπινὰσκοῦντες βίον,
Ὥσπερ ὁ Ἱπποκράτης τε, καὶ ἕτεροι μύριοι.
Οἱ ἰατροὶ δ' λέγονται καταχρηστικώτερον
Ἀσκληπιάδαι σύμπαντες ἀπὸ τῆς τέχνης τοιᾶς,
Καθὼς καὶ ὁ Νικόμαχος, πατὴρ Ἀριστοτέλους.

PAVLVS LACISIVS,
Veronensis, *interpres.*

ASCLEPIADÆ igitur vocantur quidem proprie,
Quotquot trahunt seriem à genere hoc,
Sive medici, sive aliam exercentes vitam,
Quemadmodum Hippocrates, atque alii complures.
Medici vero dicuntur magis abusive
Asclepiade omnes, ab arte hujusmodi:
Quemadmodum & Nicomachus, pater Aristotelis.

A. CORN. CELSVS

Præf pag. meæ edit. 3. lin. 3.

DEMOCRITI autem, ut quidam crediderunt, discipulus Hippocrates Cous, primus ex omnibus memoria dignis ab studio sapientiæ disciplinam hanc separavit, vir & arte & facundia insignis.

SVIDAS.

Gorgia.

ΓΟΡΓΙΑΣ Χαρμαντίδου Λεοντῖνος ῥήτωρ μαθητὴς Ἐμπεδοκλέους διδάσκαλος Πώλου Ἀκραγαντίνου, καὶ Περικλέους, καὶ Ἰσοκράτους, καὶ Ἀλκιδάμαντος τοῦ Ἐλάτου. ὃς αὐτὸς μὲν ἐστὶν ἀρχαῖος διδάξας· ἀδελφὸς δὲ ἦν Ἡροδίκου ἰατροῦ.

ÆM. PORTVS,

interpres.

GORGIAS Charmantidæ *filius*, Leontinus, Rhetor, Empedoclis discipulus, magister Poli Agrigentini, & Periclis, & Isocratis, & Alcidamantis Eleatæ, qui & in schola ipsi successit. Frater autem fuit Herodici medici.

SVIDAS

Democrito.

ΜΑΘΗΤΗΣ δ' αὐτοῦ Ἀφροδισιεὺς ἐγένετο, Μητρόδωρος ὁ Χῖος καὶ πάλιν ἀκροατὴς, Ἀνάξαρχος, καὶ Ἱπποκράτης ὁ ἰατρός.

ÆM. PORTVS,

interpres.

IPSIUS vero discipulus insignis fuit Metrodorus Chius. Cujus vicissim auditores *fuerunt* Anaxarchus, & Hippocrates medicus.

EVSEB. PAMPHILVS
Chronic. lib. 1. pag. edit. Scal. 53. l. 8. 12. 17.

ΕΠΙ Ἀρταξέρξου τοῦ Μακρόχειρος καὶ Πελοποννησιακὸς σωίστη πόλεμος. Τότε ὁ Ἱπποκράτης Κῷος ὁ ἰητρὸς ἐγνωρίζετο.

IDEM ibidem p. 53. l. 28.

ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ βασιλεύοντος Περδίκκα, Ἱπποκράτης Κῷος ἰητρῶν ἄριστος ἐγνωρίζετο, Ἀσκληπιάδης τὸ γένος.

EVSEB. PAMPHILVS
Chron. can. p. ed. Scal. 172.

ΟΛ. πγ. Δημόκριτος Ἀβδηρίτης φυσικὸς φιλόσοφος ἐγνωρίζετο, καὶ Ἐμπεδοκλῆς ὁ Ἀκραγαντῖνος, καὶ Ἱπποκράτης Κῷος ἰητρὸς, Γοργίας, καὶ Πρόδικος. ὡς δέ τινες, καὶ Ζήνων, καὶ Παρμενίδης καὶ τούτους ἤκμαζον.

LVCIANVS.
Philopseudes p. m. 483. B.

ΚΑΜΟΙ, ὦ Εὐκράτες, Ἱπποκράτης ἐστὶ χαλκοῦς, ὅσον πηχυαῖος τὸ μέγεθος, μόνον ἐπιδεὴς ἡ δρυακὶς λάσσῃ, σβέσῃ τὸν οἰκίαν ὅλην περίκυκλον, ψιφῶν καὶ πυξίδας ἀναλείπων, καὶ τὰ φάρμακα συγχέων, καὶ τὸν δρῦν ἀφιστὰς, καὶ μάλιστα ἐπιδὰν τὸν δημόσιον ὑπερβαλώμεθα, ἵν' καὶ τοῦτ' ἔτος ἕκαστον αὐτῷ θύωμεν ἀξιοῖ γάρ, ἵν' ἐγὼ, καὶ Ἱπποκράτης ἤδη ὁ ἰατρὸς θύηται αὐτῷ, καὶ ἀναγκαῖόν, ἵν' μὴ καὶ κῆμον ἀφ' ἱερῶν πλέων ἐπαθῇ, ὃν εὐθὺ ἀγαπᾷ, εἴ τις συμμίσγει αὐτῷ, ἢ μελίκρατον ἐπιπατέσθαι, ἢ στεφανοῦσθαι τὴν κεφαλήν.

MAX.

V. L.
interpres.

SUB Artaxerxe Longimano etiam Peloponnesiacum bellum fuit patratum. Tunc Hippocrates Cous medicus innotuit.

MACEDONIBUS imperante Perdicca, Hippocrates Cous medicorum optimus innotuit, genus Asclepiada.

D. HIERONYMVS,
interpres. lib. 11. p. ed. Scal. 133.

OLYMP. LXXXVI. Democritus Abderites, & Empedocles, & Hippocrates medicus, Gorgias, Hippiasque, & Prodicus, & Zeno, & Parmenides Philosophi insignes habentur.

JOH. BENEDICTVS,
interpres.

ET MIHI, ô Eucrates, est æreus Hippocrates, magnitudine ferme cubitali, qui duntaxat extincta lucerna, totam domum in orbem ambit, strepens, & pyxides evertens, & pharmaca commiscens, & ostium subvertens, imprimis si sacrificium differamus, quod ei quotannis facimus. Postulat ergo, inquam ego, etiam Hippocrates medicus jam ut sibi sacrificetur, indignaturque nisi in tempore justorum sacrificiorum epulis accipiatur? quem boni consulere oportebat, si quis ei libaret, aut mulsum infunderet, aut caput coronaret.

COSMUS

MAX. TYRIVS

Serm. VII.

ΕΙ δή τις ἐκείνων τινὸς τῶν δημιεργικῶν ἀκούσας νομοθετοῦντος τοῖς, ὡσπερεὶ αὐτῷ πολιοῦσι τὸν λόγον, ὅπως ἄρα δεήσουσιν ἐδὲ Ἱπποκράτης ἰωμένων σφᾶς, ἀλλὰ χρὴ τέφωνος ἐλεῖν τὸν ἄνδρα καὶ χρίσαντας μύρῳ ἀποπέμπειν πρὸς ἄλλους δυδοκιμοῦντας ἐκεῖ, ὅπου τὸν τέχνιον ὠφελημαλεῖ ἡ νόσος.

COSMVS PACCIVS,

interpres.

HORVM igitur aliquis si figulum audiat dicentem, homines hujusmodi, quod ea ratione compositi essent, ut nequaquam Hippocratis curationibus egerent, oportere Hippocratem ipsum coronatum velleribus ac delibutum unguentis, in alium locum amandare, ubi vigentes morbi, ejus operam exposcerent, & medicinam honorabilem redderent.

STRABO

Geogr. XIV. *p. m.* 657.

ΦΑΣΙ δ' Ἱπποκράτην μάλιστα ἐκ τῶν ἀνακειμένων γεραπτῶν ἐντεῦθεν γυμνάζεσθαι τὸ τοῦ πρὸς διαφορὰς. ἔτός τε δὴ ἐστὶ τῶν ἐνδόξων Κῷος ἀνήρ.

PLINIVS SECVNDVS

Hist. nat. XXIX. 1.

DIIS primum inventores suos assignavit, & cœlo dicavit. Nec non & hodie multifariam ab oraculis medicina petitur. Auxit deinde famam etiam crimine, ictum fulmine Æsculapium fabulata, quoniam Tyndaridem revocasset ad vitam. Nec tamen cessavit narrare alios revixisse opera sua, clara Trojanis temporibus, quibus fama certior, vulnerum tamen dumtaxat remediis. Sequentia ejus (mirum dictu) in nocte densissima latuere usque ad Peloponnesiacum bellum: tunc eam revocavit in lucem Hippocrates, genitus in insula Coo, imprimis clara ac valida, & Æsculapio dicata. Is, cum fuisset mos, liberatos morbis scribere in templo ejus Dei, quid auxiliatum esset, ut postea ea similitudo proficeret, exscripsisse ea traditur, atque (ut Varro apud nos credit) jam templo cremato, instituisse medicinam hanc, quæ Clinice vocatur.

ISIDORVS HISPALENSIS

Orig. IV. 3. 4.

MEDICINÆ autem artis auctor ac repertor apud Græcos perhibetur Apollo. Hanc filius ejus Æsculapius laude vel opere ampliavit. Sed postquam fulminis ictu Æscu-

lapius interiit, interdicta fertur medendi cura, & ars simul cum auctore defecit, latuitque per annos pene quingentos usque ad tempus Artaxerxis regis Persarum. Tunc eam revocavit ad lucem Hippocrates Asclepio patre genitus in insula Coo.

Itaque tres viri totidem hæreses invenerunt. Prima Methodica inventa est ab Apolline, quæ remedia sectatur & carmina. Secunda Empirica, id est, experientissima, inventa est ab Æsculapio, quæ non indiciorum signis, sed solis constat experimentis. Tertia Logica, id est, rationabilis, inventa ab Hippocrate. Iste enim discussis ætatum, regionum, vel ægritudinum qualitatibus, artis curam rationabiliter perscrutatus est.

AVCTOR *Medici*, c. 1.

ΤΕΛΕΙΑΝ ᾗ ἰατρικὴν καὶ τοῖς ἐωυτῆς μέρεσι συμπεπληρωμένην τὴν μὲν ὡς ἀληθῶς θείαν Ἀσκληπιὸν μοῦνον εὑρεῖν, ἢ δι' ὃν ἀνθρώποις τὰς Ἀσκληπιάδας ταύτην παραδεξαμένους τοῖς ἑπομένοισι παραδοῦναι, μάλιστα δὲ Ἱπποκράτην, ὃς πάντων ὑπερβαλόμενος, καὶ αὐτὸς εἰς φῶς ἐξήνεγκε τὴν τελείαν παρ' Ἕλλησιν ἰατρικήν.

JO. ANDERNACVS, *interpres.*

PERFECTAM medicinam & omnibus numeris absolutam, illam divinam scilicet, Æsculapius solus invenit. Illam vero, quæ inter homines versatur, hujus successores, Asclepiadæ posteri veluti hæreditario acceptam tradiderunt, maxime Hippocrates, qui omnibus facile præcelluit, primusque perfectam apud Græcos medicinam in lucem protulit.

PHILOSTRATVS *de Vita Apollon. Tyanei III.* 14.

Ὁ ΙΑΡΧΑΣ πολλὰ μὲν ἢ μαντικὴν ἀγαθὰ ἔλεγε τὸν ἀνθρώπους ἐργάζεσθαι, μέγιστον δὲ τὸ τῆς ἰατρικῆς δῶρον. ἐπαινῶν πολὺ τοὺς σοφοὺς Ἀσκληπιάδας ἐς ἐπιστήμην τούτου παρελθεῖν, εἰ μὴ παῖς Ἀπόλλωνος Ἀσκληπιὸς γηρύσατο, καὶ κομιδῇ τοὺς ἐκείνου φήσας τε καὶ μαντείας ξυνιέναι τὰ ἀσφορώτατα νόσοις φάρμακα παρά τε ἐωυτοῦ παρέδωκε, καὶ τοὺς ξυνόντας ἐδίδαξε.

FED. MORELLVS, *interpres.*

IARCHAS multa bona erga homines divinationem efficere dixit. Inter quæ præcipuum est medicinæ donum. Non enim, inquit, ii, qui sapientes in hac arte habiti sunt, Æsculapii filii tam multum profeciſſent, nisi Apollinis filius Æsculapius, juxta patris vaticinia morbis proficua remedia composuisset: quæ ille deinceps filios docens, atque illi nepotibus posterisque tradentes, amicis tandem, familiaribusque eadem demonstrarunt.

SORANVS EPHESIVS

Præf. in Artù med. Isag.

MEDICINAM quidem invenit Apollo, amplificavit Æsculapius, perfecit Hippocrates: quem mihi hominis ducem, & judicem omnium caussarum & quæstionum oportet accipere, tamquam parentem & inventorem omnium bonorum operum, per quem Logica nobis juxta rationem est facta traditio.

AVCTOR

l. de Cathartic. c. 1.

HIPPOCRATES libros, amore medicinæ per diversas civitates, provincias & singulas regiones proficiscens, experimento cognoscitur collegisse, & artificiose vitam & theoremata consummasse: & quomodo ordinando nobis medicinam derelictam, voluisset perquirere, ut posteris traderet.

ÆLIANVS

Varia hist. IV. 20.

ΛΕΓΟΥΣΙ δὲ οἱ αὐτοὶ τὸν Ἱπποκράτη ὡς τὸν Δημοκρίτου ἐντυχεῖν ὑπὲρ τῆς Δημοκρίτου δόξης λαβεῖν, ὡς μανομένου· ἐπεὶ δὲ αὐτοῖς τῆς συνουσίας, εἰς ὑποψολὴν ἦλθε μὴ ἄρα τὸν ἄνδρα.

Dicunt etiam in primo congressu cum Democrito Hippocratem de ipso tamquam de stulto sensisse. Postquam vero ipsis familiaritas intercesserat, mirum in modum admiratum esse hominis sapientiam.

JOA. TZETZES

Histor. I. Chil. LXI. 978.

Ὁ Ἀβδηροδημόκριτος ὁ παῖς Ἡγησιστράτου,
Τοῦ τοῦ Λευκίππου μαθητὴς, καὶ μαθητοῦ Μελίσσου,
Ὡς ἀληθῶς φιλόσοφος πάνυ καλῶς γινώσκων,
Ἀεὶ τὴν ματαιότητα τοῦ βίου κατεγέλα.
Οἱ δὲ Ἀβδηρῖται δόξαντες μεμηνέναι τὸν ἄνδρα,
Δέκα ταλάντοις, δωρεὰς πέμψαντες Ἱπποκράτει,
Ἱκέτευον ἐλθεῖν πρὸς ἰατρῶν τὸν κράτιστον.

Abderites Democritus, filius Hegesistrati,
Leucippi autem discipulus, discipuli Melissi,
Tamquam vere philosophus, omnia pulchre sciens,
Semper vanitatem vitæ deridebat.
Abderitæ autem arbitrati insanire virum,
Decem talentis dono missis Hippocrati,
Rogabant curatum venire medicum Coum.

PAVLVS LACISIVS,

Veronensis, *interpres.*

ABDERITES *Democritus, filius Hegesistrati,*
Leucippi autem discipulus, discipuli Melissi,
Tamquam vere philosophus, omnia pulchre sciens,
Semper vanitatem vitæ deridebat.
Abderitæ autem arbitrati insanire virum,
Decem talentis dono missis Hippocrati,
Rogabant curatum venire medicum Coum.

JVSTVS VULTEIVS,

interpres.

DICUNT etiam in primo congressu cum Democrito Hippocratem de ipso tamquam de stulto sensisse. Postquam vero ipsis familiaritas intercesserat, mirum in modum admiratum esse hominis sapientiam.

Ὁσ᾽ ἰατὸς ἐκπεπλευκὼς καὶ δίχα τ᾽ χρημάτων,
Ἰδὼν Δημόκηλον αὐτὸν πάλιν ἀνυπεράφη,
Πλέον αὐτὸς θεραπεύθεις, ἢ θεραπεύσας τοῦτον,
Ὁμολογῶν τε χάριτας πᾶσι τοῖς Ἀβδηρίτοις,
Ὅτι τοιοῦτον δ᾽ αὐτὸς ἄνδρα σοφὸν ἐγνώκει.

Medicus autem profectus navi, & absque pecuniis,
Conspicatus Democritum ipsum, iterum reversus est,
Plus ipse curatus, quam qui curasset hunc:
Confessusque gratias omnibus Abderitis,
Quod talem propter sapientem virum agnoverit.

DIOGENES LAERTIVS
Democrito l. IX. p. m. 656.

ΦΗΣΙ δὲ Ἀθλιόδωρος ἐν η' ἀδημιπότων, ἐλθόντ᾽ Ἱπποκράτης πρὸς Δημόκηλον, κελεῦσαι κομισθῆναι γάλα· καὶ θεασάμενον τὸ γάλα, εἰπεῖν, καὶ αἶγὸς πρωτότοκα καὶ μελαίνης. ὅθεν τὸν ἀκέλβαν αὐτὸν θαυμάσαι τὸν Ἱπποκράτην. ἀλλὰ καὶ, κόρης ἀνηλιθέσης τῷ Ἱπποκράτει, τῇ μὲν πρώτῃ ἡμέρᾳ ἀσπάσασθαί τε, Χαῖρε κόρη· τῇ δὲ ἑχομένῃ, Χαῖρε γύναι. καὶ ὧδ᾽ ἡ κόρη τ᾽ νυκτὸς διεφθαρμένη.

Fr. AMBROSIVS,
interpres.

REFERT autem Athenodorus in VIII. Deambulationum libro, quum ad Democritum Hippocrates venisset, jussisse afferri lac, inspectoque lacte dixisse, Et capellæ primi partus & nigræ est. Unde maximum diligentiæ suæ miraculum Hippocrati fecisse. Sed & puellam Hippocratis comitem, primo die ita salutasse, salve virgo: postridie vero, salve mulier. Fuerat enim puella nocte illa vitiata.

SVIDAS
Democrito.

ΔΗΜΟΚΡΙΤΟΣ ὁ Ἀβδηρίτης οὐκ ἦλθεν εἰς Ἀθήνας, ἀλλὰ τοσαύτης πόλεως ὑπερεφρόνησεν· οὐκ ὢν δ᾽ τοῦτο λαθεῖν δόξαν βουλόμενος, ἀλλὰ τῷ τόπῳ δόξαν περιθεῖναι περιεσπούδαζεν. Ἐλθόντα Ἱπποκράτην πρὸς Δημόκηλον κελεῦσαι κομισθῆναι γάλα· καὶ θεασάμενον τὸ γάλα, εἰπεῖν, αἶγὸς εἶναι πρωτότοκα καὶ μελαίνης· καὶ τὸν ἀκέλβαν αὐτὸν θαυμάσαι τὸν Ἱπποκράτην. Ἀλλὰ καὶ τὸν κόρην τὴν μὴ Ἱπποκράτους πρὸς αὐτὸν ἐλθοῦσαν, τῇ μὲν πρώτῃ ἡμέρᾳ ἀσπάσ-

Democritus Abderites non adiit Athenas, sed tantam urbem contemsit. Nam non à loco gloriam accipere volebat: sed loco gloriam conciliare studebat. Cum autem Hippocrates ad Democritum venisset, ajunt jussisse lac adferri: quod cum vidisset, dixisse, lac esse capræ primiparæ & nigræ. Hippocratem vero admiratum fuisse ipsius accuratam rerum cognitionem. Quinetiam puellam, quæ cum Hippocrate ad ipsam accesserat, primo quidem die ab ipso sic

ἀσπάσασθαι οὕτω· χαῖρε κόρη. τῇ δὲ ἑρχομένῃ· χαῖρε γύναι. καὶ ἐπὶ τῇ κόρῃ τῆς νυκτὸς διεφθαρμένῃ.

fic ſalutatam : ſalve puella. Poſtridie vero, ſalve mulier. Illa enim puella noctu fuerat ſtuprata.

PLINIVS

Hiſt. nat. VII. 37.

HIPPOCRATES [enituit] medicina: qui venientem ab Illyriis peſtilentiam prædixit, & diſcipulos ad auxiliandum circa urbes dimiſit : quod ob meritum honores illi, quos Herculi, decrevit Græcia.

VARRO

de Re ruſt. I. 4.

ANNON ille Hippocrates medicus in magna peſtilentia, non unum agrum, ſed multa oppida, ſcientia ſervavit ?

BARTHOL. SYLVANIVS,

interpres.

HIPPOCRATIS apud Græcos omnes memoria in ævum durabit, quandoquidem publice eſt de omnibus benemeritus.

AETIVS AMIDENVS

tetrab. II. *ſerm.* I. *cap.* 94.

ΟΤΕ δὲ θερμάσματι καὶ ἀναγκαῖον δέ τις πίρα πολλῇ δύναται αὐ μεταβαλεῖν ἐπὶ τὸ θερμὸν καὶ ξηρὸν τὸν ἀέρα, ὡς ὑγρὸν γιγνόμενον καὶ ψυχρόν· καθάπερ ποιῆσαι φασὶν Ἱπποκράτη μὲν Ἀθήναις, καὶ Ἀκρωνα τὸν Ἀκραγαντῖνον.

JANVS CORNARIVS,

interpres.

SED & rogo ingenti exſtructo & incenſo aërem ad caliditatem & ſiccitatem tranſmutare quis poteſt, humidum & frigidum factum. quemadmodum Hippocratem Athenis feciſſe dicunt, itemque Acronem Agrigentinum.

NIKOMEΔOYΣ,

οἱ δὲ,

BAΣΣOY

εἰς Ἱπποκράτην δίστιχον ἀνυπρέφον,

ὃν τῶν Ἐπιγραμ. Ἀνθολ. τμ. α̃. κεφ. λθ̃.

NICOMEDIS,

ſive ut alii,

BASSI

in Hippocratem diſtichum recurrens,

ex *Anthol. Epigrammmat. l.* I. *c.* 39.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΗΣ φάος ἔλιπε μερόπων, καὶ σώετο λαός

Ἐλευσὶς

HIPPOCRATES *fuit arx miſeris, ac gentibus egris*

Reddi-

Ἔθνεα, καὶ νεκύων ὦ παύεις ἐν ἀϊδῃ.

Ἀνδρέφον.

Εἰν ἀΐδῃ παύεις ὦ νεκύων, καὶ ἔθνεα λαῶν
Σώεται, καὶ μερόπων ὦ φάος Ἱπποκράτης.

Reddidit hic vires: Dis, tibi pauperies.

Recurrens.

Pauperies tibi, Dis: vires hic reddidit agris
Gentibus, ac miseris arx fuit Hippocrates.

Joh. Coccejus.

AVCTOR
l. de Ther. ad Pison. c. 16.

ΔΙΟΠΕΡ ἐπαινῶ ϛ τὸν θαυμασιώτατον Ἱπποκράτη ὅτε τὸν λοιμὸν ἐκεῖνον τὸν ἐκ τῆς Αἰθιοπίας ἐς τὰς Ἑλλήνας φλάσαντα οὐκ ἄκλως ἐθεράπευσεν, ἀλλ' ἢ τρέψας τὸν ἀέρα καὶ ἀλλοιώσας, ἵνα μηκέτι τοιοῦτον ἀναπνέωσι κελεύσας δι' ἀνὰ τὴν πόλιν ὅλην ἐξάπλεσθαι τὸ πῦρ, ἐχ ἁπλῶς τῆς ἀνάψεως τε καὶ τῆς ὕλης ἕνεκα, ἀλλὰ σφάνων τε καὶ τῶν ἀνθῶν τὰ εὐωδέστατα τοιοῦτα συνεβάλλοντο εἶναι τῷ πυρὸς τὴν τροφὴν, καὶ ἐπισπείσθαι αὐτῶν τῶν μύρων τὰ λιπαρώτατα, καὶ ἡδεῖαν τὴν ὀδμὴν ἔχοντα, ἵν' ὅτι καθαρὸν ἡδύσμενον οἱ ἄνθρωποι ἀναπνεύσωσιν ἐς τὴν ἀπαλλαγὴν τοῦ ἀέρα.

Reddidit hic vires: Dis, tibi pauperies.

Recurrens.

Pauperies tibi, Dis: vires hic reddidit agris
Gentibus, ac miseris arx fuit Hippocrates.

Joh. Coccejus.

Jvl. Mart. Rota,
interpres.

Quòd circa summis laudibus prosequor admirandum Hippocratem, qui pestem illam ex Æthiopia ad Græcos venientem non alio præsidio repulit, quam aerem purum faciendo, ne ab hominibus (qualis tunc erat) infectus hauriretur. Præcepit itaque ut per totam civitatem ignis accenderetur, qui non solum è simplici materia constaret, sed bene olentes coronas & flores haberet. Talia siquidem ignibus alimenta subministrari consulnit, ut & unguenta quam pinguissima infunderent, & id genus alia bonum odorem fundentia: ut hoc pacto cives aerem purum inspirantes ab imminenti lue tuti forent.

Corn. Henr. Bruggesius,
interpres.

JOH. ACTVARIVS.
Meth. med. v. 6. qua de Antid.

ΑΝΤΙΔΟΤΟΣ Ἱπποκράτης, ἣ χρησάμενος Ἀθήνησι ἐς λοιμικὸν νόσον ἐστεφανώθη παρ' αὐτῶν. αὕτη ὠφελεῖ καὶ ἐς κεφαλαλγίας ἐπιτριβομένη μετ' ὄξους διὰ οἴνου, ἐς ἀπαλγίαν δ' ἐλαίῳ, προκίδι ἐνθεῖσα. ὠφελοῦσι ἐς τὸν πόνον τὸ σῶμα ἀμυκταμένη. δοτέον δὲ αὐτὴν δι' ὑδρομέλιτος, καρύου πολλοῦ τὸ μέγεθος βεβρεγμένας, ἀπλοῦ μοῦς, ἢ παλαιοῦς, αἵματος ἀνά-

Antidotum Hippocratis, quo usus corona Athenis est donatus. fronti ex vino illitum capitis dolorem mitigat, & aurium dolori prodest, ex oleo vestium flocco injectum, nec secus ore detentum, ejus dolorem sedat. Dandum est autem ex hydromelite, nucis avellanæ magnitudine, tussientibus, lienosis, jecinorosis, sanguinem expuentibus, calculosis,

ἀνάγεζι, λιθίοισι, πολυελκηοῖς, κυάμε ἡμίτριτε τὸ μέγεθος, μεῖ' ὀξυμέλιτος ἀκράτε κυάθων τελέων ἰσχιαδικοῖς σὺν περσικῇσι θέρμε τὸ μέγεθος σὺν γάλακτι [ἢ] ἀφεψήματι γλυκυσίδης ἀπὸ πρώτης σελήνης μέχρις ἐκλήμψεως δωμαίζομένοισι καὶ πονέντε τὸ μέγεθος σὺν γάλακτι ὄνειω πεπεπτίζεζι μετ' ὀξυμέλιτος, λήγοσης τῆς σελήνης.

Καλάμε ἁρωματικῆ, σχοινάνθε, βρέθυος ἀνὰ ἡγ. γ'. ἀγνῆ πιπερμάτος ὑ. δ'. κερδαμώμε, κυπίρε, κροκομάγματος ἀνὰ ὑ. ε'. νάρδε κελτικῆς ὑ. ς'. ἀσπαλάθε ὑ. ζ'. σφιμρῶν κυπαρίσσε ὑ. γ'. ῥοδῶν ὑ. γ'. λαδάνε, σμύρνης, λιβάνε ἀνὰ λιτρ. α'. ἁρκεύθε μικρῶς μ' πῶπα ὁμὲ κρῖθε ἰδία. κερδοτύχου ὑ. ς'. κόστε ὑ. δ'. φύλλε ὑ. η'. κασίας ὑ. ς'. ἀμώμε ὑ. γ'. καὶ πῶπα ἰδία κρῖθε. μαστίχης ὑ. δ'. τῦτο ἰδία σὺν θυίᾳ τελέᾳ). συρακ ὑ. ι'. ὁ στύραξ κ μικρὸν ἐπεβάκης) τοῖς τραγήμασι ζὺν τῇ θυίᾳ. τερεβινθίνης λιτρ. γ'. μελίτ ἀττικῆ λιτρ. ε'. οἶνε παλαῖ τὸ ἀρκῦν εἰς τὸ ἀποβρέξαι τὰ τραγήματα. σεσώσας καθαρῶς καὶ ἐπιμελῶς, ἀναλαμβάνων τῷ μέλιτι.

fis, laterum inflammationibus, Ægyptiæ fabæ magnitudine, ex oxymelite mero, cyathis tribus, iſchiadicis, inteſtinorum dolore vexatis, lupini magnitudine in decocto pæoniæ, à prima luna uſque ad extremam : à larvis dæmoniiſque occupatis, nucis Ponticæ magnitudine, in lacte aſinino : quartana laborantibus ex accto mulſo, deſinente luna.

Calami odorati, junci odorati, ſabinæ ſingulorum triens : ſeminis viticis, cardamomi, cyperi, crocomagmatis, ſingulorum quincunx, nardi Celticæ ſelibra, aſpalathi ſeptunx, ammoniaci uncia, pilularum cupreſſi quadrans, roſarum triens, ladani, myrrhæ, thuris, ſingulorum libra, baccæ juniperi minoris quadraginta : hæc ſimul privatim tundito : ſpicæ nardi ſelibra, coſti triens, folii bes, caſiæ ſelibra, amomi quadrans : hæc quoque privatim tundito : maſtiches triens, & hoc ſeorſum in mortario teritur : ſtyracis dextans, ſtyrax paulatim bellariis in mortario adjicitur : terebinthinæ libræ tres, mellis Attici libræ quinque, vini veteris quod ad bellaria maceranda ſatis eſt, munde & ſedulo melle excipiens confice.

GALENVS
I Quod opt. med.

ΑΡ' ἔνεσιμόν τινα τῶν ἀνθρώπων ἐστὶν, εἰς τοσοῦτον μόνον ἐφιέμενον χρημάτων κτήσεως, εἰς ὅσον ὑπηρέτειν ἐξ αὐτῆς τῆς ἀναγκαίας χρείας δύναται; ἔστι τις ὁ δυναμένος μόνον λέγων τελέσαι, ἀλλ' ἔργῳ διδάσκειν δ κῦ φύσιν τελέτε τὸν ὅρον, κἀγὼ δ μὴ πείθω, μὴ δ-

LVD. BELLISARIVS,
interpres.

AN noſtris ſeculis quemquam memorare poſſumus, qui tantum habere cupiat, quantum ſit ad uſum vitæ neceſſarium ? qui non verbis tantum effingere, ſed etiam propriis vitæ exemplis docere poſſit divitiarum terminum, qui quidem ſit ſecundum naturam, nec ultra, quam

ψιῶν, μὴ ῥιγέν περιόν[τ]ων; ϵ̓ μιὼ, ϵ̓ἴτις γ, ἐπ τοιῦτ[ο]ν, ὑπερόψϵται μὴν Ἀρ[ϖ]ξέρξϵ τε ϵ̓ Περδίκκ. ϰ̀ Ξέρξ ϰ̀ δ' αὖ ἐς ὄψιν ἀφίκηιτο ποτϵ· τ' ὀ[ῖ] ἰάσετ[ῆ] μὴν, νοσέοντ[α] νόσημα τῆς Ἱπποκρ[ά]τϵς τέχνης δεόμϵνον, ϰ̀ μιὼ ἀξιώσϵτ γϵ λ[ί]ην πανῦς σπουδαίως, θϵραπεύσῃ ϳ̀ τὲς ϵ̓ν Κρανῶνι ϵ̓ Θάσ[ῳ] ϵ̓ τοῖς ἄλλοις πολίχνοις πένηϱσ. ἀπολείψϵ ϳ̀ Κώοις μὴν ϵ̓ πολίτας Πόλυβ[ο]ν τε ϰ̀ τὲς ἄλλες μαθητὰς· αὐτὸς ὀ[ῖ] πᾶσιν ἀλώμ[ϵ]νος ἐφέξϵ τὴν Ἑλλάδα, ἵνα πϵ ϰαθ' φύσεως χωρέων ϵ̓ν λόγ ὁδεύσῃ τα κεἰνη τῇ πείρ.

quam ut fames, sitis, frigus absit, progredi. Sed, si quis tamen ejusmodi est, is & Artaxerxis & Perdiccæ potestatem contemnet, nec umquam in conspectū hujus ibit: huic vero sic ægrotanti, ut Hippocratis artem desideret, medebitur quidem, non tamen semper cum eo esse volet, sed Cranonem & Thasum, aliaque ad oppida multa proficiscetur, ut pauperibus his locis ægrotantibus curationes adhibeat. Cois hominibus civibusque suis Polybum aliosque discipulos relinquet: ipse Græciam peragrans omnem perquiret, [*vel* occupabit] ut naturam locorum, sicut ratione [*vel* narratione] didicit, sic experimentis comprobet.

Scribonivs Largvs

Epist. ad C. Iul. Callistum.

Hippocrates conditor nostræ professionis initia disciplinæ ab Jurejurando tradidit: in quo sanctum est, ne prægnanti quidem medicamentum, quo conceptum excutitur, aut detur, aut demonstretur à quoquam medico, longe præformans animos discentium ad humanitatem.

Octavianvs Horatianvs

ad Victoriam III. 6.

Abortivum dare nulli umquam fas est. Ut enim Hippocratis attestatur adjuratio, tam duri reatus conscientia medicorum innocens officium non debet maculari.

Tertvllianvs

de Anima cap. 25. *p. m.* 328. *B.*

Atquin & in ipso adhuc utero infans trucidatur, necessaria crudelitate, quum in exitu obliquatus denegat partum; matricida, ni moriturus. Itaque & inter arma medicorum & organon est, quo prius patescere secreta coguntur, tortili temperamento, cum anulo cultrato, quo intus membra cæduntur, anxio arbitrio; cum hebete unco, quo totum facinus extrahitur violento puerperio. Est etiam æneum spiculum, quo jugulatio ipsa dirigitur, cæco latrocinio: ἐμβρυοσφάκλην appel-

appellant, de infanticidii officio utique viventis infantis peremptorium: hoc & Hippocrates habuit, & Asclepiades, & Erasistratus, & majorum quoque professor Herophilus, & mitior ipse Soranus, certi animal esse conceptum, atque ita miserti infelicissimæ hujusmodi infantiæ, ut prius occidatur, ne viva lanietur.

SORANVS EPHESIVS

Isag. Art. med. cap. 3.

MEMOR etiam sit juramenti Hippocratis, ut ab omni culpa se abstineat, maxime venereo & corruptibili actu. Ea, quæ in domibus aguntur & dicuntur, tamquam mysteria celanda existimet. Sic enim sibi & arti ampliorem laudem acquiret. Habeat etiam digitorum elegantiam & subtilitatem, ut suavis omnibus videatur, & in tangendo subtilior appareat. hæc enim & ipse Hippocrates dixit.

D. HIERONYMVS

ad Nepotianum de Vita Clericorum c. 18.

HIPPOCRATES adjurat discipulos, antequam doceat, & in verba sua jurare compellit, extorquet sacramento silentium, sermonem, incessum, habitum, moresque præscribit: quanto magis nos, quibus animarum cura commissa est, omnium Christianorum domos debemus amare quasi proprias?

AVENZOAR

II. Theisir I. 5.

QUILIBET medicus tenetur observare præcepta Hippocratis: quæ sunt, quod Medicus non debet discipulum docere, nisi prius jurare ipsum faciat, ne utatur medicinis mortiferis, vel venenosis ullo modo.

M. ANTONINVS

Imp. de Rebus suis lib. III. §. 3.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΗΣ πολλὰς νόσους ἰασάμενος νοσήσας ἀπέθανεν.

THO. GATAKERVS,

interpret.

HIPPOCRATES, ubi multos sustulerat morbos, morbo tandem & ipse sublatus est.

ΑΔΗΛΟΥ ἐπιτάφιον Ἱπποκράτους.

ἐκ τῶν Ἐπιγραμμάτων τμ. γ. κεφ. ιε'.

IGNOTI *epitaphium* Hippocratis.

Ex Anthol. Epigrammat. sect. III. cap. 15.

ΘΕΣΣΑΛΟΣ Ἱπποκράτης, Κῶος γένος, ἐνθάδε κεῖται, Φοίβῳ

THESSALVS *Hippocrates, Cous genere, hac jacet urna, Phœbi*

Φοίβου ἀπὸ ῥίζης ἀθανάτης γεγαώς,
Πλεῖσται τρόπαια νόσων σήσατο δώροις ὑγιείης,
Δόξαν ἐλὼν πολλὴν, ϗ τύχῃ, ἀλλὰ τέχνῃ.

Phœbi immortalis semine progenitus.
Crebra trophæa tulit morborum armis medicinæ,
Laus cui magna, nec id sorte, sed arte fuit.

THO. MORUS, *Anglus.*

ÆLIANVS
Var. hist. IV. 20.

ΛΕΓΟΥΣΙ δὲ Δωριέα ὄντα τὸν Ἱπποκράτην, ἀλλ' ἕνεκα τοῦ Δημοκρίτου χάριν τῇ Ἰάδι φωνῇ συγγράψαι τὰ συγγράμματα.

JVSTVS VULTEJUS, *interpret.*

DICUNT præterea Hippocratem fuisse Dorienſem: sed in gratiam Democriti Ionica lingua suos libros scripsisse.

C. PLINIVS SECVNDVS
Nat. hist. XXVI. 2.

HIPPOCRATES certe, qui primus medendi præcepta clarissime condidit, referta herbarum mentione invenimus volumina.

M. AVR. CASSIODORVS
Divin. lect. cap. 31.

POST hæc legite Hippocratem atque Galenum Latina lingua conversos, id est, Therapeutica Galeni ad philosophum Glauconem destinata. Deinde Cælii Aurelii de Medicina, & Hippocratis de Herbis & curis.

D. AVGVSTINVS
contra Manichæum, XXXIII. 5.

NONNE, ut alios omittam, sub Hippocratis medici nobilissimi nomine quidam libri prolati in authoritatem à medicis non recepti sunt? Nec eos adjuvit nonnulla similitudo rerum atque verborum, quando comparati eis, quos vere Hippocratis esse constaret, impares judicati sunt, & quod ab eo tempore, quo & cetera scripta ejus, non innotuerunt, quod vere ejus essent. Hos autem libros, quibus illi, qui de transverso proferuntur, comparati respuuntur, unde constat esse Hippocratis, unde si quis hoc neget, nec saltem refellitur, sed ridetur, nisi quia sic eos ab ipso Hippocratis tempore usque ad hoc tempus, & deinceps successionis series commendavit, ut hinc dubitare dementis sit.

A. CORN.

A. Corn. Celsvs

de Medic. VIII. 4. p. m. ed. 515. l. 1.

A suturis se deceptum esse, Hippocrates memoriæ prodidit, more scilicet magnorum virorum, & fiduciam magnarum rerum habentium. Nam levia ingenia, quia nihil habent, nihil sibi detrahunt. Magno ingenio, multaque nihilominus habituro, convenit etiam simplex veri erroris confessio; præcipueque in eo ministerio, quod utilitatis caussa posteris traditur; ne qui decipiantur eadem ratione, qua quis ante deceptus est. Sed hæc quidem alioquin memoria magni professoris, uti interponeremus, effecit.

M. Fab. Qvinctilianvs

Inst. orat. III. p. m. 45. G.

Nam & Hippocrates clarus arte medicinæ, videtur honestissime fecisse, qui quosdam errores suos, ne posteri errarent, confessus est.

Plvtarchvs

de Prof. in virtute p. m. 82. D.

Ὁ δὲ πολλῶν ἀληθῶς καὶ τὸν Ἱπποκράτη φησὶν ὠφελήσαι ποιεῖ, τὸ μὴ τοῖς ῥαφεῖς ἀγνοηθὲν αὐτῷ τὸ κεφαλῆς ἐξαγορεύσαντα καὶ γράψαντα, λογιζόμενον, ὅτι δεινόν ἐστιν, ἐκεῖνον μὲν, ὅπως αὖ ἕτεροι μὴ τὸ αὐτὸ πάθωσιν, αὑτὸν τῶν ἁμαρτίαν κατηγορεῖν· αὐτὸν δὲ πυκτικὴν μέλλοντα σώζεσθαι μὴ τολμᾶν ἐλέγχεσθαι μήθ' ὁμολογεῖν τῷ ἀδελφιδῷ ἕτερον ἀμαθίαν.

Qui vero reipsa proficit, exemplum Hippocratis sibi imitandum ducet, qui errorem suum de futuris capitis professus est, inque litteras retulit. existimabitque indignum fore, si (cum tantus vir, ne alii eodem erroris venirent, suam testatam fecerit ignorantiam) ipse salutis suæ studio non audeat stultitiam insciamque suam detegere atque confiteri.

Pavsanias

Phocic. x. p. m. 612. l. 51.

Στρατηγὸν δὲ αὐτῷ κρατοῦντα ἔλαχε ἀδελφὸν Φυλλοῦ Ὀνομάρχου Φάϋλλον. παρελθοῦσα τὸ δὴ ἄρχειν ἐπὶ τῶν Φωκέων τῷ θεῷ, καὶ ὅμοιον ὀνείρατι ἰδεῖν τοιόνδε. Ἐν τοῖς ἀναθήμασί ἐστιν Ἀπόλλωνος μίμημα ἐκ χαλκοῦ χρυσωτόν, καθεφθυκότος τε ἤδη τὰς σάρκας, καὶ τὰ ὀστᾶ ἔτι συμπεφυκότα.

Romvlvs Amasævs,

interpres.

Phocenses ejus fratri Phayllo summa cum potestate imperium decreverunt. Ei vix dum ad imperandum aggresso talis oblata est per somnium species. Inter Apollinis donaria perversus effigies quædam fuit, ex ære, hominis, cui diuturniore morbo carne consumta, sola essent reliqua ossa. ajebant

μόνα. ἀνάθημα ὃ ὑπὸ Δελφῶν Ἱπποκράτης ἐλέγετο εἶναι ϗ ἰατρός. τούτῳ δὴ ἑωυτὸν ἐοικέναι τῷ ἀναθήματι ἔδοξεν ὁ Φάυλλος. αὐτίκα δὲ ὑπολαβόντα αὐτὸν φθινώδης νόσος ἐπιτελὴς ϗ ὑπνὸς τὸν μαντείαν.

Delphi ab Hippocrate medico dedicatam. Huic Phayllus se similem factum videre visus est: ac paucis post diebus macie contabescens somnii eventum implevit.

SVIDAS
Lexico.

ΘΕΣΣΑΛΟΣ· κῶος ἰατρός. υἱὸς Ἱπποκράτης, τοῦ Δράκοντος. ὃ πάλιν υἱὸς Γοργίας, καὶ Ἱπποκράτης. ἰατρικῶν βιβλία ἕξ.

ΔΡΑΚΩΝ· υἱὸς Ἱπποκράτης τοῦ Δράκοντος ἰατροῦ, ἀπὸ Θεσσαλοῦ, πατρὸς δὲ Ἱπποκράτης. ὃ πάλιν γήμας Δράκωνα, ἰατρὸς καὶ αὐτός. ὃς Ῥοξάνην ἰάτρευσε συνοικοῦσαν Ἀλεξάνδρῳ τῷ Μακεδόνι.

ÆM. PORTVS
interpres.

THESSALVS, Cous medicus, illius illustris Hippocratis filius. Cujus iterum *filii fuerunt* Gorgias & Hippocrates. Scripsit libros de re medica sex.

DRACON, nepos Hippocratis illius insignis medici, ex Thessalo f. pater Hippocratis, ex quo rursus natus est Dracon, & ipse medicus, qui Rhoxanen Alexandri Macedonis conjugem curavit.

GALENVS
de Vict. rat. in morb. acut. III. 42.

ΕΡΑΣΙΣΤΡΑΤΟΣ μὲν κακηγόρως πάνυ Δημοκάλλει τὸν Ἱπποκράτους, τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ δῆθεν μεμφόμενον· Ἀπολλώνιόν τε καὶ Δέξιππον· οὓς φησι κυάθους κυάθους δώδεκα ποιήσαντας εἰς τὸν ἐκλημοζάτου τῆς κοτύλας κύαθον, ἕνα τούτων ἢ δύο λαμβάνειν, τοῖς πυρέτουσιν. Ἀλλ' ὁ Ἐρασίστρατος Ἀπολλωνίῳ μὲν καὶ Δεξίππῳ μνημονεύει, μηδὲν ἔχον αὐτῶν δεῖξαι βιβλίον.

JOA. VASSÆVS,
interpres.

ERASISTRATVS malitiose satis criminatur Hippocratem, discipulos ipsius prope accusans, Apollonium & Dexippum: quos ait cereos cyathos duodecim in sextantali cotylæ cyatho effinxisse, atque unum ex illis aut duos febrientibus admetiri. Verum Erasistratus de Apollonio quidem & Dexippo mentionem facit, nec ullum eorum librum ostendere potest.

SVIDAS,
Lexico.

ΔΕΞΙΠΠΟΣ, κῶος, ἰατρός, Ἱπποκράτους μαθητής. ὃς μεταπεμφθεὶς ὑπὸ Ἑκατόμνω τοῦ Καρῶν

ÆMIL. PORTVS,
interpres.

DEXIPPVS, Cous, medicus, Hippocratis discipulus. Qui arcessitus ab Hecatomno Carum

Καρῶν βασιλέως, ἰάσασθαι αὐτῷ παῖδας ἀπογνωσθέντας Μαυσωλὸν. Ἐ Πιξώδαρον, ἐπὶ ὑποσχέσει ἰάσασθαι, τὸν παῖδα τὸν τοῦ Καρὸς τότε αὐτῷ ἐνεστῶτα πόλεμον. ἔγραψεν ἰατρικὴν βιβλίον ἀ. καὶ τοῦ προγνώσεων β'.

Carum rege, ut ipsius filios desperatos, Mausolum & Pixodarum, curaret, eos ea conditione sanavit, ut bellum, quod tunc adversus Caras gerebat, deponeret. Scripsit unum medicum librum, & de præcognitionibus duos.

PLVTARCHVS

de Stoic. repugn. p. m. 1047. C.

ΚΑΙ τοι Πλάτων μὲν ἔχει τῶν ἰατρῶν τοὺς ἐνδοξοτάτους μαρτυροῦντας, Ἱπποκράτη, Φιλιστίωνα, Διόξιππον τὸν Ἱπποκράτειον.

ENIMVERO nobilissimi medicorum testimonium Platoni perhibent, Hippocrates, Philistio, Dioxippus Hippocraticus.

JOH. de MANDEVYLE

in Itinerario cap. 6. De filia Hippocratis *mirabile.*

EXINDE itinerando itur ad insulam de Orecia, & postea ad insulam, quæ Stanco dicitur, & ad insulam, de Lango. de quibus insulis Hippocrates extitit dominus. Et dicitur adhuc, quod in insula de Lango restat adhuc filia Hippocratis, in effigie magni Draconis, qui centum toysas continet longitudinis, sicut dicitur (nam ipse non vidi) inclusa. quam habitatores dictæ insulæ vocant Dominam patriæ. Jacet autem in quodam castello antiquo: & aliquando ostendit se quibusdam personis, eis minime nocendo, nisi eam aliquis læserit. Fuit autem dicta filia aliquando mutata de pulchra puella in draconem, per unam deissam, quæ Diana vocabatur, & dicitur quod aliquando reducetur ad gradum pristinum. Quando videlicet inventus aliquis miles, in tantum audax, quod osculetur eam ore ad os. Sed quando conversa fuerit in mulierem, non vivet ulterius.

Unde modico tempore transacto quidam miles de hospitali de Rodes, valens & audax dixit, quod eam deoscularetur: & ascendens cursorium suum transtulit se ad dictum castrum. Et ingrediendo cavernam Draconis, incepit Draco caput suum contra militem erigere. Cernens igitur miles Draconis vultum horribilem atque terribilem nimis, rediit de caverna: at equus militis horrore tanto perterritus, super ripam altam prosiliens ascensorem projecit in mare, & ita cum equo suo demersus interiit.

Iterum juvenis quidam Draconem prædictum ignorans exiens de navi per medium insulæ incedens & dictum ingrediens castellum & cavernam Draconis processit ulterius, & in quadam interius caverna vidit puellam capillos capitis parantem præmisso speculo ante faciem dictæ domicellæ. Circa quam thesaurus non modicus erat appositus. Cogitansque

penes se credit eam fuisse mulierem communem. Exspectans tandem juvenis, quousque ejus umbram cerneret, puella quæsivit, quis esset juvenis ille. Qui respondebat, quod intendebat esse sponsatus tam pulchræ puellæ. Quæ quæsivit à juvene, si miles esset? & respondit, non. Quæ dixit, nullo modo amicitiam eum ab eadem prius se obtinere, quousque ordini adscriptus fuisset militari. Et dixit, redeundo ad sodales tuos facias te militari ordini adscribi, & cras exeundo cavernam præcedam te, & veniens dabis mihi osculum, & de turpitudine mea noli terreri, quod non tibi nocebo, & quantumcumque conspexeris me horribilem, ne timeas, quod per incantationes transfigurationem talem recepi & deformitatem, quam cernis. Quod si osculari me poteris, thesaurum, quem vidisti, recipies & sponsus meus eris, & istius insulæ dominus. Rediens tandem ad consocios suos & ordinem assumens militarem in crastinum ad puellam redit cupiens osculari. Ipsa vero in deformitate horribilissima exeunte perterritus fugam cepit & usque ad navem properans puella persequitur, cernensque militem redire ad eam nolle, clamare terribiliter cœpit, & quasi tristis ad cavernam suam reversa est, & miles in continenti moriebatur: nec ausus fuit quisquam ex illa die dictam puellam aspicere, quin statim moriatur. Quando vero aliquis fuerit audax eam osculari, non morietur, sed convertetur puella in pulchritudinem, & osculator erit dominus patriæ.

TOMIA ϰ᾽ ΕΓΚΩΜΙΑ,

σὺ τε τῶν ἰατρῶν καὶ μὴ ἰατρῶν.

FRAGMENTA & ELOGIA,

ex authoribus medicis & non-medicis.

PLATO

Phædro. p.m.1237. C.

ΣΩΚΡ. Ψυχῆς δὲ φύσιν ἀξίως λόγου καλῶσῆσαι οἷόν δυνατὸν εἶναι ἄνευ τοῦ τῆς τοῦ ὅλου φύσεως; ΦΑΙΔ. Εἰ μὲν Ἱπποκράτει τε τῷ τῶν Ἀσκληπιαδῶν δεῖ τι πιθέσθαι, καὶ δὲ χωρὶς σώματος, ἄνευ τοῦ μεθόδου ταύτης. ΣΩΚ. Καλῶς

MARSILIVS FICINVS,

interpres.

SOCR. Animæ vero naturam absque totius natura sufficienter cognoscipossе exiſtimas? PHÆD. Si Hippocrati Æsculapii successori credendum est, neque etiam corporis naturam sive doctrinam hujusmodi comprehendi posse

Καλῶς γάρ, ὦ ἑτταῖρε, λέγεις. χρὴ μὲν τοι, σοὶ τῷ Ἱπποκράτει τὸν λόγον ἐξετάζοντα, σκοπεῖν, εἰ συμφωνεῖ. ΦΑΙ. Φημί. ΣΩΚ. Τὸ τοίνυν σοὶ φύσεως σκόπει τί ποτε λέγει Ἱπποκράτης τε καὶ ὁ ἀληθὴς λόγος.

posse putabimus. SOCR. Scite loqueris, ô amice. Oportet autem præter Hippocratem considerare, utrum disputationis nobis ratio consonet. PHÆD. Assentior. SOCR. De naturæ igitur perscrutatione quid Hippocrates, & vera ratio dicat, attende.

IDEM *Protagorap. 217. D.*

ΕΙΠΕ μοι, ὦ Ἱπποκρατες, εἰ ἐπενόεις τῷδε τὸν σαυτοῦ ὁμώνυμον ἑλλὼ Ἱπποκράτη τὸν Κῶον, τὸν τῶν Ἀσκληπιαδῶν, δεχόμενον τελεῖν σαυτῷ μισθὸν ἐκεῖνα, εἴπερ σε ἤρετο, εἰπέ μοι, μέλλεις τελεῖν, ὦ Ἱπποκρατες, Ἱπποκράτει μισθόν; ὡς τίνι ὄντι; τί αὖ ἀπεκρίνω; Εἶπον αὖ, ἔφη, ὅτι ὡς ἰατρῷ. Ὡς πὸς γυνησόμενον; Ὡς ἰατρὸς, ἔφη.

DIC age, ô Hippocrates, si ad Hippocratem tibi cognominem Coum illum, Æsculapii stirpe natum, proficisci velles, pro te mercedem erogaturus, & aliquis quæreret, Dic mihi, ô Hippocrates, mercedem Hippocrati dabis? Qualinam homini, & cujus ratione? quid respondares? HIP. Ut medico. SOC. Qualis & ipse futurus, id est cujus gratia? HIP. Ut medicus evasurus.

ARISTOTELES
Politic. VII. 4.

ΟΙΟΝ, Ἱπποκράτη, σὸν ἄνθρωπον, ἀλλ' ἰατρὸν εἶναι μείζω φήσειεν ἂν τις τοῦ ἀφορίζοντος καὶ τὸ μέγεθος καὶ σώματος.

QUEMADMODUM Hippocratem non hominem, sed medicum quis eo majorem dixerit, qui illum corporis magnitudine superat.

CLEMENS ALEXANDRINUS
Stromat. II. p. m. 415. A.

ΓΙΝΕΤΑΙ δὲ ἡ ἄσκησις, καθὰ τὸν Ἱπποκράτη, οὐ μόνον σώματος, ἀλλὰ καὶ τῆς ψυχῆς ὑγίεια, ἀοκνία πόνων, ἀπαθεία τροφῆς.

GENTIANUS HERVETUS.

FIT autem exercitatio, ex sententia Coi Hippocratis, non solum corporis sanitas, sed etiam animæ, impigra laborum susceptio, & non nimia nutrimenti exsaturatio.

IDEM *Strom. VI. p. 627.*

ΑΛΛΑ καὶ ἰατρὸν Ἱπποκράτης, Ἐπιβλέπειν ἔοικεν ἀνάγκη ὥρῃσι, καὶ χώρῃσι, καὶ ἡλικίῃσι, καὶ νόσοις, κατὰ Εὐριπίδης ἐν ἑξαμέτρῳ πηΐ φησιν,

QUI NETIAM cum medicus scripsisset Hippocrates, Respicere oportet & tempus, & regionem, & ætatem, & morbos, dicit Euripides in hexametro,

ὅστι δ' ἰατρεύειν καλῶς,
Πρὸς τὰς διαίτας τῶν ἐνοικέντων πόλιν,
Τὴν γὰρ ἑκάστου ἰδόντας, τὰς νόσους σκοπεῖν χρεών.

qui volunt mederier,
Vt unaquæque poscit urbs & incolæ,
Hos terram oportet nosse, sic morbo manus Demum admovere.

THEODORETVS
de Nat. hom. serm. v. p. m. 546.

ΟΣΑ δὲ καὶ περὶ τῆς ἐγκεφαλικῆς χώρας διειλέχθησαν πρὸς ἀλλήλους, ῥᾴδιον μαθεῖν. Ἱπποκράτης γὰρ μὲν, καὶ Δημόκριτος, καὶ Πλάτων, ἐν ἐγκεφάλῳ τοῦτο ἱδρῦσθαι φράζουσιν.

JACOBVS SIRMONDVS.

QUANTA item inter eos controversia sit in collocanda principaliori animæ vi, facile est videre. Hippocrates enim, & Democritus, ac Plato, in cerebro sitam esse affirmant.

GREG. NAZIANZENVS
Orat. fun. Cæsarii fratris x. 11.

ΠΑΣΙ μὲν οὖν μᾶλλον σωφροσύνην ἐπέρασε, καὶ μᾶλλον τοῦτο τὸ τίμιον πιστούμενος, καὶ Ἱπποκράτης ὁρκιεῖ τε καὶ ἐξορκιούμενος, ὡς μηδὲν εἶναι κρεῖττον τοῦ Κρατήτου ἀπολύσαι τοὺς σοὺς θεραπεύοντος.

JAC. BILLIVS PRVNÆVS,
interpres.

QUI cum ob pudicitiam & temperantiam omnibus charus esset, eaque de causa pretiosarum curam susciperet, nec adjuratore Hippocrate ullo modo opus haberet, adeo ut nihil prorsus esset Cratetis simplicitas, si cum illius simplicitate conferretur.

ISIDORVS PELVSIOTA.
Epist. 11. 16.

Ο μὲν ἰατρικὸς Ἱπποκράτης παιρώσεσι, τοῖς κεκρημένοις μὴ ἐγχείρειν.

JAC. BILLIVS PRVNÆVS.

MEDICVS Hippocrates incurabili morbo correptis manum admovere vetat.

IDEM *Epist.* 11. 79.

ΑΛΛ' Ἱπποκράτης πείθεις, ὡς κεκρημένῳ, σὺν ἐγχείρεις· εἰ γὰρ καὶ ἐπὶ τῶν σωμάτων τοῦτ' ἔδοξέ ποτε ἀληθὲς, καί τι πολλάκις ἐλεγχθὲν· ἐγχειρήσαντες γὰρ πολλοὶ τῶν ἰατρῶν τοῖς κεκρημένοις κατεθάρσησαν· ἀλλ' ὅμως ἐπὶ τῶν ψυχῶν πολὺ ἐλέγχεται.

VERVM Hippocrati morem gerens, ut incurabili morbo laboranti manum haudquaquam admoves. Quamvis in corporibus verum hoc esse quidam existiment (etsi alioquin persæpe falsum inventum sit: complures enim medici, admota manu iis, qui incurabili morbo affecti esse videbantur, rem ex sententia gesserunt) in animis tamen hoc magis adhuc falsum esse reperitur.

PLV-

GVL.

PLVTARCHVS
de Plac. Philoſ. v. 18.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΗΣ, φασὶ, ἐὰν σκληρωθῇ ἡ μήτρα εἰς τοῖς ἑπτὰ μησὶ, τότε προκύπτειν καὶ γεννᾶσθαι γόνιμον· ἐὰν δὲ προκύψῃ μὲν, μὴ τελείως δὲ ἀσθενοῦντος τοῦ ὀμφαλοῦ, διὰ ἐπίπονον αὐτὸν γενόμενος τὸ κύημα· τότε ἔμβρυον ἀτροφον εἶναι· ἐὰν δὲ μείνῃ τοὺς ἐννέα μῆνας εἰς τὴν μήτραν προκύψαν, τότε ὁλόκληρόν ἐστι.

GVL. XYLANDER,
interpres.

HIPPOCRATES dicit, ſi uterus impleatur ſeptem menſibus, tunc fœtum ſe exſerere, ac in lucem edi. quod ſi ſe exſerens non alatur ob umbilici languorem, laborioſe geſtato fœtu, tunc eum non nutriri: ſi vero novem menſes in utero maneat, tunc ſe promere, integrumque naſci.

IDEM *l. Non poſſe ſuaviter viviſec. Epicuri decr. p. m.* 1090. *C.*

ΣΦΑΛΕΡΟΝ γὰρ ἡ ἐπ' ἄκρον εὐξία, φησὶν Ἱπποκράτης.

EST enim, inquit Hippocrates, ad ſummum progreſſa corporis bona affectio periculoſa.

IDEM *ibidem p.* 1098. *D.*

ΑΛΛ' ὥσπερ φησὶν Ἱπποκράτης, δυοῖν πόνοιν τὸν ἥττονα ὑπὸ τοῦ μείζονος ἁμαυροῦσθαι, καὶ τῶν ἡδονῶν τὰς σωματικὰς αἱ πρακτικαὶ καὶ φιλόπονοι τῷ χαίρουσι τῆς ψυχῆς διὰ ὑπερβολὴν καὶ μέγεθος ἀφανίζουσι καὶ καταθέλγουσιν.

SED, ſicut inquit Hippocrates, è duobus doloribus minorem à majore obſcurari: ſic voluptates etiam corporeæ à voluptatibus agendo & honeſti ſtudio partis ob animi lætitiam ingentem ac incomparabilem obliterantur & exſtinguuntur.

AVCTOR
Prog. de Decub. ex Mathem. c. 1.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΗΣ γοῦν, ὁ πολὺς, σοὶ τῇ ἀρχαιότητι, καὶ θαυμαστὸς τοῖς ἐπιγινομένοις, φησὶν. ὁπόσοι τοῖς ἰδιώταις ἀσκέουσι φυσιογνωμονίης ἀμοιρέουσι, τυφλῶν ἧσσον γνώμην, ἀνὰ σκότον κυλινδόμενοι, ναρκῶσι γνώμῃ.

JAC. ANTON. MARISCOTTVS.

HIPPOCRATES igitur, & vetuſtate admodum notus, & ſcientia admirandus, inquit: Quicumque exercentes medicinam, Phyſiognomoniæ ſunt expertes, horum mens in tenebras devoluta torpet.

. AVCTOR
l. de Spermate c. 14. *De Concept. pueri alterata.* Græca desunt.

PHILOSOPHI indubitanter asserunt, teste Hippocrate, quod omnis substantia corporea animata juncta sit & ligata in planetis & signis, quatuorque elementorum nexibus.

IDEM *cap.* 22. *De qualit. & efficacia planetarum.* Græca desunt.

DICIT Hippocrates in Physica, quod terra est apposita generare naturam corporum.

IDEM *cap.* 23. *De natura Conjunct. & adjunct. quatuor elementorum.* Græca desunt.

DICIT Hippocrates: sicut nulla substantia incorporea habet nutrimentum à differentia corporea, sic nulla substantia corporea potest nutriri à differentia incorporea.

SEXTVS EMPIRICVS
adv. Mathem. VII. *p. m.* 146. *D.*

ΑΝΔΡΑ δὲ τὸν ἄνθρωπον τοῦ εἰδικοῦ καταχρώμενον ἀντὶ τοῦ γένους. εἰώθασι γὰρ ἀνδράποδα καλεῖσθαι οἱ ἀνήρ. σωθῆναι δ' ἔστι τοῦτο χρῆσθαι τῷ τρόπῳ τῆς φράσεως καὶ Ἱπποκράτει, ὅταν λέγῃ, γυνὴ ἀμφιδέξιος ἐγένετο· τιτρώσκει, ἡλίκα ἐν τοῖς δεξιοῖς μέρεσι τῆς μήτρας ἐστὶν ἰσχυρά.

VIRUM autem, hominem: specie abutens pro genere. Speciem namque hominis constituit vir. Solet vero etiam Hippocrates hoc loquendi modo uti: ut quum dicit, Mulier ambidextra non nascitur: hoc est, fœminæ in dextris partibus uteri non consistunt.

IDEM *Pyrrhon. hypot.* I. *p. m.* 15. *E.*

ΑΛΛΑ καὶ [ὁ κύων] τὸ Ἱπποκράτους φυλάσσει κάλλα καλῶς. ἐπὶ γὰρ ποδὸς ἄκος, ἀκίνησίαν· εἰ πέλει τραῦμα ἐν ποδὶ χοίνη, μεγαλίζει τόσον, καὶ ὡς οἷόν τε ἀκινητεῖ.

SED & [canis] Hippocraticum præceptum valde bene observat. Quum enim pedis medela sit quies: siquidem vulnus in pede habuerit, eum sublimem ponit, quantumque potest, immotum servat.

JOH. STOBÆVS
Serm. CCXLIII. 801.

ΣΙΤΙΑ, ποτὰ, ὕπνοι, ἀφροδίσια, πάντα μέτρια, φησὶν Ἱπποκράτης.

CIBI, potus, somni, venus, omnia moderata sint, inquit Hippocrates.

IDEM

Apo-

IDEM *Serm.* XIII. *p.*
Ἀπόφθεγμα.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΗΝ ἔπηξέ τις πρὸς Ξέρξῃ ἀπιέναι, χρηστὸν εἶναι φάσκων βασιλέα· ὁ δέ, ἐ δέομαι, ἔφη, χρηστῷ δεσπότῃ.

Apophthegma.

HIPPOCRATI suadebat quis ad Xerxem proficiſci, bonum eſſe regem dicens. At ille, non eſt opus mihi, inquit, bono domino.

Ἄλλο ἐκ λόγε ῥῆγ'.

ΑΛΛ' ὅμως χρῄζει γυνὴ σωφρονίζοντος. ἔχει γὰρ φύσει καὶ τὸ ἀκόλαστον ἐν ἑαυτῇ, ὅπερ εἰ μὴ καθ' ἡμέραν ἐπικόπτοιτο, ὡς τὰ δένδρα κωλυόμενον.

Aliud Serm. CXCIII. *p.* 661.

VERUMTAMEN aliquo opus habet mulier, à quo caſtigetur. Habet enim in natura laſciviam, quæ niſi quotidie amputetur, luxuriatur & ſilveſcit inſtar arborum.

JOH. TZETZES
Hiſtor. VII. *chil.* CL. 884.

ΑΠΑΝΤΕΣ οἱ λυπέμενοι, καὶ φρενοπλῆγες πάντες,
Καὶ πίνοντες οἱ μανόμενοι, ὡς Ἱπποκράτης γράφει,
Ἀπανθρωποῦσι καὶ μανερὰν ἀφιᾶσιν ἀνθρώποις,
Τῷ ξύμφυλον νομίζοντες ὄψιν ἢ ἀλλοτρίων.

J.A. VANDER LINDEN,
interpres.

MOERORE *quotquot occupantur, quibus & mens labat,*
Tum quotquot indomitum furunt, ut Hippocrates notat,
Hominem exuunt, & procul ab hominum notis degunt,
Æque peroſi notos ut vultus incognitos.

JUL. POLLUX
Onom. IX. 6.

ΚΑΙ χὠ, ὅταν Ἱπποκράτης εἴπῃ, τὸ ψυχρὸν πολέμιον νεύροισιν, ὀστέοισιν, ὀδοῦσιν, ἐγκεφάλῳ, δῆλον, ὡς εἴδεται τῷ θερμῷ οἰκεῖα φορὰ τοῖς ὀδοῦσιν.

RUD. GUALTHERUS.

ET ſane, cum Hippocrates inquit, Frigidum infeſtum eſt nervis, oſſibus, dentibus, & cerebro: manifeſtum eſt, quod calida dentibus offerenda ſunt.

NEMESIUS
de Nat. hom. cap. 2.

ΓΑΛΗΝΟΣ δὲ ἔοικε δικαιοῦν μᾶλλον τὸ κρᾶσιν εἶναι τοῦ ψυχοῦ. ταύτῃ γὰρ ἐπακολουθεῖν τοῦ τῶν ἠθῶν διαφορά· οὐκ ἐξ Ἱπποκράτους καταδουλούμενος τὸν λόγον.

GALENUS videtur probare magis, animam eſſe temperamentum: id enim ſequitur morum differentia. quod ex Hippocratis dictis confirmare nititur.

IDEM *cap.* 22.

ΣΥΝΗΘΩΣ δὲ οἱ παλαιοὶ καρδίαν καὶ τὸ στόμα τῆς γαστρὸς καλέσιν, ὡς Ἱπποκράτης καὶ Θουκυδίδης ἐν τῇ λοιμῷ.

VETERES tamen etiam os ventris cor usurpant, ut Hippocrates & Thucydides in descriptione pestis.

ALEXANDER TRALLIANVS *lib.* 1. *cap.* 16.

ΚΑΘΑΠΕΡ ὁ θεῖος Ἱπποκράτης φησὶ, ξύρροια μία, σύμπνοια μία, πάντα συμπαθέα.

INTERPRES JOH. GUINTER. ANDERNACVS.

QUEMADMODUM divus Hippocrates ait: Confluxus unus, conspiratio una, omnia consentientia.

IDEM VII. 2.

ΚΑΙ ἐὰν μὲν τὸ ἐμπεσὸν ἔνδον τῷ θώρακος πῦον ἐγχρονίζῃ μένον ἔνδον, καὶ μὴ ἀνακαθαρθεὶν ἄχρι τοῦ μ' ἡμερῶν, ὥς φησιν ὁ θεῖος Ἱπποκράτης, εἰς φθίσιν ἔρχεται.

ET, siquidem intra thoracem pus illapsum diutius intus manserit, & non fuerit expurgatum, ut divinissimus ait Hippocrates, in phtisin pervenit.

IDEM IX. 3.

ΑΙ γὰρ καλέομεναι μέθοδοι τῆς Ἱπποκράτους τέχνης αὗται εἰσιν, ὡς ἀεὶ τὰ ἐναντία τῶν ἐναντίων εἰσὶν ἰάματα.

NAM, quæ Hippocraticæ artis methodi vocantur, hæ sunt: nempe contraria contrariorum semper esse remedia.

DEMETRIVS PEPAGOMENVS *De Podagra, in Proœm.*

OMNIA enim respectu ad aliquid, tum emolumentum, tum detrimentum in se habent. Quod ipsum etiam cum Hippocrates dixerit primus omnium, quos sciam, ii, qui post ipsum fuerunt, insequuti sunt.

l. de

JANUS

l. de Resp. diff. II. 1.

ΤΟΝ Ἱπποκράτην δίκαιόν τε καὶ οἷον πατέρα τῶν δογμάτων τιμήσωμεν. αὕτη γὰρ καὶ δικαία τε ἐστὶν ἅμα καὶ πρέπουσα τοῖς ὑπὲρ ἀγαθὸν ἐξευρεῖσι τιμή, μήτε καλυπτομένων τὰ εὑρήματα αὐτῶν, μήτ' ἀγνοεῖσθαι τοῖς ἀνθρώποις, ἀλλ' αὐτά τε φαίνεσθαι, καὶ τὴν εὕρεσιν αὐτὰ μέθοδον γιγνώσκεσθαι. ἔτος γὰρ αὐτοῖς καὶ τὸ θαυμάζεσθαι κατὰ λόγον ἀξίαν ὑπάρξει.

JANUS CORNARIUS, *interpres.*

HIPPOCRATEM inventorem, ac veluti patrem dogmatum venerabimur. Hoc est enim justum, simulque decens præmium eorum, qui quodcumque tandem in vita bonum invenerunt, ut videlicet inventa ipsorum non occultentur, neque hominibus sint ignota, sed tum ipsa appareant, tum ratio, & methodus, quæ ipsa invenit, cognoscatur. Sic enim & pro dignitate ipsos in admiratione constitui continget.

DILIGENTIA.

in l. de Alim. III. 25.

ΤΟΥΤΟ δὲ ἐ πάντες ἴασι τεροὶ γινώσκουσι, καὶ ἴσως σαφῶς Ἱπποκράτης ἐ τοῦτο ἐ ἄλλα πολλὰ ἐδιδάξατο.

JO. BAPT. RASARIUS, *interpres.*

HOC autem non omnes medici norunt: cum tamen Hippocrates & hoc ipsum, & alia multa perspicue docuerit.

l. de Nat. hom. II. 7.

Ο μὲν Ἱπποκράτης αὐτὸς ἀκριβῶς φαίνεται γράψας, ἐ μόνα τὰ σαφῆ ὁράματα πᾶσιν, ἀλλὰ καὶ τὰ δυσθεώρητα.

HIPPOCRATEM videmus non modo omnia ad amussim in commentarios retuliſſe, quæ cunctis plane perſpicua ſunt, verum etiam ea, quæ ad videndum ſunt difficiliora.

l. de Dieb. decret. II. 13.

ΩΣ ἂν ἐνδέχηται τὰ κάλλιστα διελεῖν, ἔτω μοι φαίνεται τετμῆσθαι τὰ ὑπὸ Ἱπποκράτους.

JO. GUINT. ANDERNACUS, *interpres.*

SIQUID optime dividi poteſt, Hippocrates præter ceteros hoc mihi feciſſe videtur.

l. de Natur. fac. II. 8.

ΠΕΡΙ δὲ τῆς τῶν χυμῶν γενέσεως, οὐκ οἶδ' εἴ τις ἔχοι ἀκριβέστερόν τι σαφέστερον, ὧν Ἱπποκράτης εἶπε καὶ Ἀριστοτέλης, καὶ Πραξαγόρας,

THO. LINACER, *interpres.*

DE ſuccorum generatione, haud ſcio, an aliquis exactius quicquam afferre in medium poſſit iis, quæ Hippocrates,

ξαγόρας, καὶ Φιλότιμος, ἕ ἄλλοι πολλοὶ τῶν παλαιῶν.

Aristoteles, Praxagoras, Philotimus, aliique veterum non pauci reliquerunt.

in l. 1. Prorrhet. 11. 40.

ΕΠΙ μὲν τοι τῶν νοσούντων τῶν χρησιμωτάτων ἐστὶν, ἅπαντα σκοπεῖσθαι, καὶ μηδὲν παραλιπεῖν, ἅπερ ἀμφότερα πεποίηκεν ὁ Ἱπποκράτης.

JOH. VASSÆVS, *interpres.*

IN ægris utilissimum est omnia contemplari, nihilque prætermittere: quod utrumque fecit Hippocrates.

l. de Resp. diff. 11. 3.

ΦΑΙΝΕΤΑΙ γὰρ ὁ τῶν πάντων ἰατρῶν Ἱπποκράτης ὁμολογούμενόν τε καὶ εἰς τὸν τῶν συμβαινόντων τοῖς νοσοῦσι τηρεῖν ἐπιμελέστατον γεγενημένος.

JAN. CORNARIVS, *interpres.*

APPARET enim Hippocrates confessione ac suffragio omnium medicorum, ad eorum, quæ ægris accidunt, observationem diligentissimus fuisse.

in l. de Humorib. 1. 12.

* * *

Græca desunt.

JO. BAPT. RASARIVS, *interpres.*

HIPPOCRATIS diligentiam cum in aliis rebus omnibus, tum vel maxime in eo commendo, quod scopum eum, qui, non in uno, alterove morbo solum, sed in omnibus ad purgationem indicandam præstet ceteris, non omiserit.

l. Meth. med. IV. 6.

ΘΑΥΜΑΖΩ γὰρ τὸ ἀκριβές τε τὸν ἀνδρα, καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν, καὶ τῷ μὴ παραλιπεῖν ἐν ἑνὸς μόνον ἢ δυοῖν, ἀλλ' ἐπὶ πολλῶν ἁπλῶς τῶν νοσημάτων.

THO. LINACER, *interpres.*

HIPPOCRATEM sane diligentiæ nomine admiror, cum in aliis omnibus, tum vero quod scopum, qui medico ad indicationem, non in uno alterove, sed prorsus omni morbo sit spectandus, non omiserit.

l. de Decr. Hipp. & Plat. IX. 2.

Ο μὲν Ἱπποκράτης πρὸ Πλάτωνα παραδείγματα ἐγκαταλέλοιπε τοῖς

JO. BERN. FELICIANVS, *interpres.*

HIPPOCRATES & Plato exempla nobis & ad artes & ad

τὰς τέχνας, καὶ πάσας πᾶς κτᾶ τὸν βίον πρόξεις χρήσιμα.

ad omnes vitæ actiones utilia tradidere.

l. de Atra bile c. 7.

BARTHOL. SYLVANIVS, *interpres.*

ΙΠΠΟΚΡΑΤΗΣ μὲν οὖν φαίνεται καλός τε καὶ ἀγαθὸς ἀνὴρ γεγονέναι, μὴ φιλοκερδείας, ἢ φιλοδοξίας, ἀλλ' ἀληθείας ἐραστής.

HIPPOCRATES ergo vir quidem honestus bonusque videtur fuisse, non honoris aut gloriæ, sed veritatis amator.

LAVS.

l. de Hipp. & Plat. decr. IX. 5.

JO. BERN. FELICIANVS, *interpres.*

Ὁ δὲ Διοκλῆς, καὶ Ἱπποκράτης, καὶ Ἐμπεδοκλῆς, καὶ ἄλλοι τῶν παλαιῶν σὺν ὀλίγοι, μᾶλλον φιλανθρωπίαν ἐπεδείκνυντο τοῖς ἀνθρώποις.

DIOCLES, Hippocrates, Empedocles, aliique complures ex veteribus, humanitate & benignitate hominibus medebantur.

l. de Subsig. empir. 13.

INCERTVS *interpres.*

* * *

Græca desunt.

His enim officiis Hippocrates omnium posteriorum judicio Æsculapii gloriam adeptus est.

l. Defin. medic. c. 1.

BARTHOL. SYLVANIVS, *interpres.*

ΟΙ μὲν ἔν ἀρχαῖοι, καὶ οἱ περὶ Ἱπποκράτες γυμνασθέντες, ὧν ἡμεῖς τοῖς βιβλίοις ἐνετύχομεν, ἔστε ἀφείσαντο πολλὰ τῶν καθ' τὴν τέχνην, ὅτε πολλὰ συγγράμματα ἀπέλιπον, ἀλλὰ πάνυ ὀλίγα. τούτους μὲν ἔν ἐπαινεῖν ἄξιον, ὅτι περὶ τὰς ἐπιδολὰς ἐχρήσαντο, καὶ ἐπιδόσεσιν εὑρεῖν τι χρήσιμον τῷ βίῳ. ἐπιγενόμενος δὲ τούτοις Ἱπποκράτης τὴν ἰατρικὴν συνέγραψεν, ἀεὶ τῶν καλῶν γυμνασθείς.

VETERES quidem, quique ante Hippocratem fuere, in quorum nos volumina incidimus, nec aliqua finiverunt, quæ ad artem pertineant, nec libros complures, sed paucos admodum reliquere. His igitur jure laus debetur, quod animum applicuerint primi, ac vitæ emolumentum aliquod invenire studuerint. Post hos vero exortus Hippocrates medicinam literis prodidit: ille nimirum, qui semper bonorum auctor ac princeps fuit.

l. de Decr. Hip. & Plat. III. 4.

ΑΠΑΝΤΩΝ ἰατρῶν ὁμολογουμένως ἄριστος Ἱπποκράτης.

Jo. Bern. Felicianvs, *interpres.*

Hippocrates consensu omnium medicorum facile princeps.

in l. de Fracturis I. I.

Ὁ μέγας Ἱπποκράτης ἔδοξεν ἐν αὐτοῖς Ἕλλησιν ἄριστος ἰατρός τε καὶ συγγραφεύς.

Vidvs Vidivs, *interpres.*

Magnus Hippocrates maximus inter Græcos habitus est & auctor & medicus.

l. de Subfig. empir. c. 13.

* * *

Græca desunt.

Interpres.

Maximus artis medicæ exornator Hippocrates.

l. de Semine I. 9.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΗΣ ὁ πάνυ θαυμάσιος.

Jo. Bern. Felicianvs, *interpres.*

Hippocrates in omnibus admirabilis.

l. ad Thrasyb. c. 47.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΗΣ γὰρ, καὶ Διοκλῆς, καὶ Πραξαγόρας, καὶ Φιλότιμος, καὶ Ἡρόφιλος, ὅλης τῆς περὶ τὸ σῶμα τέχνης ἐπιστήμονες ἦσαν, ὡς δηλοῖ τὰ γράμματα αὐτῶν.

Jvn. Pavl. Crassvs, *interpres.*

Hippocrates, & Diocles, Praxagoras, Philotimus, atque Herophilus totam corporis præsidem artem, ut ipsorum testantur volumina, callebant.

l. de Dieb. decret. I. 3.

Ὁ Ἱπποκράτης, ἀληθὴς ἀνήρ.

Jo. Gvintherivs, *interpres.*

Hippocrates, vir verax.

l. de Natur. fac. I. 13.

ΕΙΣ ὀρθότητά τε καὶ ἀλήθειαν ἥκει πᾶ Ἱπποκράτεα δόγματα.

Thom. Linacer, *interpres.*

Dogmata Hippocratis recta veraque sunt.

in l. de Victu acut. I. 44.

ΤΑ Ἱπποκράτεος δόγματα πάνυ ἀληθίσταθ' ἐστίν.

Jo. Vassævs, *interpres.*

Omnia Hippocratis dogmata verissima sunt.

l. Meth.

Tho.

l. Meth. med. III. 2.

ΟΙΣΘΑ δὲ, ὅτι γε πολλῷ χρόνῳ τὸν ἀφορισμὸν λα'. β' τριμαλθ. ε'. ἀνεσκεψάμεθα, καὶ ὡς οὐκ τῆς ἄλλης ἀκριβείας τῆς Ἱπποκράτες, ἤλπιζον μηδὲ ὑπολοιπα μήτε ψευδῆ ἔι, μητ' ἀδυνάτως λέγεσθαι· καὶ ὡς τέτ' ἐῶ μὲ τὸ φιλοτιμεῖσθαι ἐπὶ τῷ ζητεῖν, ἕως ἔ καὶ τούτῳ τῷ Ἱπποκράτες ὁδὸν ἐξεῦρον διοδεύσασθαι.

THO. LINACER,
interpres.

NOSTI quam longo tempore Aphorismum XXXI. libri VI. consideraverim, quamque ex reliqua Hippocratis diligentia sperarem, ne in hoc quidem vel falsum quippiam, vel quod fieri non possit, præcipi: idque fuisse quod me ad inquisitionem incitavit, quoad ipsa Hippocratis insistens via, inveni.

l. de Atrabile cap. 5.

Ο τοῖς ἔργοις τῆς τέχνης ὁμιληκὼς ἀληθεύειν φήσει τὸν Ἱπποκράτλω.

BART. SYLVANIVS,
interpres.

QUI in artis operibus versatus est, vera dicere Hippocratem affirmabit.

l. de Subfig. empir. c. 10.

* * *

Græca desunt.

INTERPRES.

SI Hippocratem & Andræam conferas, illum peritissimum & studiosissimum veritatis invenies, hunc rudem & temerarium, prorsusque ab Hippocratis gravitate alienum.

l. Meth. med. IV. 4.

ΟΥ μὴν οἱ Ἐμπειρικοὶ τοῖς παλαιοῖς λοιδοροῦνται, καὶ τὸν Ἱπποκράτλω τὸ μηδὲν ὑποβλήφαζιν, ἀλλ' αὐτὸν τἐναντίον ἐπαινέσί τε, καὶ σχεδὸν ἅπαντα φασὶν ἀληθεύειν αὐτόν.

THO. LINACER,
interpres.

EMPIRICI nec antiquis maledicunt, nec Hippocratem pro nihilo habent; immo vero ipsum laudant, fereque omnia vere dixisse affirmant.

l. de Diffic. respir. I. 4.

ΚΑΙ τέτοις, τοῖς περὶ τῶν πνευμάτων ἀφήγησιν, ὁ Ἱπποκράτης πολὺ δή ἔι κατὰ τὰς ἄλλας ἐστίν.

JAN. CORNARIVS,
interpres.

ETIAM in hac parte, quæ ad Respirationum notitiam spectat, longe reliquos omnes Hippocrates antecellit.

SECTA.

l. Medicus, sive Isag. c. 4.

ΠΡΟΕΣΤΗΣΑΝ δὲ τῆς μὲν λογικῆς αἱρέσεως Ἱπποκράτης Κῶος, ὃς καὶ αἱρεσιάρχης ἐχρύσθη, καὶ πρῶτος συνέστησε τὴν λογικὴν αἵρεσιν.

JO. ANDERNACVS, *interpres.*

RATIONALIS sectæ auctor Hippocrates Cous fuit: qui & princeps sectæ exstitit, & primus constituit rationalem sectam.

l. Quod opt. med. sit philos.

ΚΑΙ μὴν γε ὡς οὐκ ἐν τῷ μὴ γινώσκειν κατ' εἶδή τε καὶ χρῆν διαιρεῖσθαι τὰ νοσήματα συμβαίνῃ τοῖς ἰατροῖς ἁμαρτάνειν τῆς θεραπευτικῶν σκοπῶν, Ἱπποκράτης μὲν εἴρηται πρότερον τὴν λογικὴν ἡμᾶς ἐξασκεῖν θεωρίαν.

LVD. BELLISARIVS, *interpres.*

QUOD per genera speciesque ignota sit morborum divisio, idcirco medicis à curandi scopis errare contingat, animadvertit Hippocrates, cum nos ad rationalem contemplationem adhortatur.

in l. de Articul. III. 28.

Ἐν ᾧ γνώσῃ τὴν ἀναισχυντίαν τῶν ἐμπειρικῶν ἰατρῶν ταλμησάντων Ἱπποκράτην καλεῖν ἐμπειρικόν. ἐμπειρικώτατον μὲν γὰρ ὧν ἀπάντων τῶν καθ' ἑαυτὸν τέχνην, καὶ μάλιστα τῇ πείρᾳ προσέχων τὸν νοῦν, καὶ πάντα ταύτῃ δοκιμάζων, ἵνα δὴ ὅλως ἀφίκηται πολλαῖς ἐπινοίαις χρώμενον λογικαῖς, ἀναλαμβάνειν τε μάλιστα προθέλοντα, ὡς ὠφελοῦσιν ἱκανῶς τὴν τέχνην.

VID. VIDIVS, *interpres.*

IN quo Empiricorum impudentiam cognoscis, qui audent Hippocratem appellare empiricum. Fuit enim omnium, qui medicinam exercuerunt, maxime experiens, maximeque experimentorum spectator, iisque omnia comprobavit, quæ multis fretus rationalibus argumentis invenit: potissimumque rationi corporum incidendorum operam dedit, ut quæ mirum in modum ad artem conferat.

in l. de Vict. acut. III. 62.

ΟΚΟΣΑ δὲ, εἶπεν Ἱπποκράτης, προγινώσκειν δεῖ τὸν ἰατρὸν μὲν λέγοντα τῷ νοσοῦντι, τάδε τὰ πολλὰ παρέσται. ταῦτα οἱ μὲν δογματικὸν εἶναι νομίζοντες τὸν Ἱπποκράτην, τὰς πεπονθότας τόπους

JO. VASSÆVS, *interpres.*

QUÆ medicum, ait Hippocrates, ante animadvertisse, ægro non referente, oportet, plurima sunt. Hæc, qui Hippocratem dogmaticum esse putant, locos affectos esse dixerunt, & affectiones ipsas, & causas.

τόπους ἔφασαν εἶναι, καὶ τὰς ἡλικίας αὐτῶν, καὶ τὰς αἰτίας. οἱ δὲ ἐμπειρικὸν, ὥρας τε καὶ χώρας καὶ ἡλικίας, ἤδη τε καὶ κεκρατηκότος τοῦ περιέχοντος ἡμᾶς ἀέρος.

in l. de Offic. med. 1. 4.

ΕΝΙΟΙΣ δοκέουσι, μηδεμίαν εἶναι δόξαν, ὧν οἱ τὰς αἱρέσεις συνιστάμενοι φιλόσοφοι δοκέουσιν εὑρηκέναι· πάντα ἢ τὰ ἐρημένα τῷ πρόσθεν χρόνῳ πολλαχοῦ ἅμα τῇ τῶν ἄλλων γνώμῃ διεφθάρθαι. μὴ μὲν δοκεῖ τὴν πυρρώνειαν αἵρεσιν, ἢ ἀκαδημιακὴν, ἢ στωϊκὴν, ἢ περιπατητικὴν, ἢ ἕνα ἄλλον ὕστερον Ἱπποκράτει γεγενῆσθαι, τῇ τῶν πραγμάτων αὐτῶν ἐξακριβώσει δόξῃ. αὐτοὶ δὲ οἱ τὴν Πύρρωνος εἰς παλαιοτάτους ἀνδρας ἀναγοῦσι τὸν ἑαυτῶν περιαίρεσιν. εἰκὸς δὲ καὶ Ἱπποκράτην, μᾶλλον δὲ σὺν εἰκότι, ἀλλ' ἀναγκαῖον ἀμφισβητεῖν ἀλλήλοις τοὺς τότε περὶ τῶν φυσικῶν κειμένων, τοὺς μὲν μηδὲν εἶναι λέγοντας τοιοῦτον, καθάπερ ὕστερον οἱ πυρρώνειοι, τοὺς δὲ αἰσθήσιν μόνον. εἰσὶ δὲ τούτων μὲν ἀπιθανώτατα νομίζειν, καὶ ἀληθὲς εἶναι τὸ διαφερόμενον δηλαδὴ τοῦτο, νῆσος ὁρᾶται, καὶ νῆσος ἀκούεται, τὰ δ' ἄλλα καφὰ καὶ τυφλά. πᾶσαι δ' ἀμφότεραι φύσει κεκτημέναι· τῶν μὲν αἰσθητῶν, τῷ αἰσθήσιν· τῶν δὲ νοητῶν, τὸν νοῦν. πᾶσαι δὲ αἱ τοιαῦται καὶ ἄλλας ψυχῆς δυνάμεις εἶναι νομίζουσιν. ὅπως δ' ἂν αὐτῶν ἐκφύγῃ ὁ Ἱπποκράτης, αὐτὸς μὲν ἐμνημόνευσε δυοῖν τῷ χρόνῳ δυνάμεων, αἰσθήσεως τε καὶ διανοίας, ἃς ἴσμεν καὶ ἡμεῖς ἅπαντες ἐπιδεικνύντα μόνα ἡμῖν ἔχειν κειμένας τὰς γνώσεις.

causas. Sed, qui Hippocratem empiricum esse existimant, anni tempora esse, regiones, ætates, & ambientis nos aeris conditiones, affirmarunt.

VIDVS VIDIVS, *interpres.*

NONNULLIS placet, ex opinionibus, quas videntur sectarum auctores invenisse, nullam esse novam, sed, quæ priori seculo tradita fuerunt, una cum aliorum mente interiisse. Si quis in opinione ad res ipsas animum advertat, neque Pyrrhonis sectam, neque Academicam, Stoicam, Peripateticam, nec quamvis aliam, post Hippocratem sumsisse initium judicabit, quum Pyrrhonii ad vetustissimos auctores suam referant sectam. Quocirca verisimile est, vel adeo non verisimile, sed necessarium, Hippocratis seculo de naturalibus judicandi potentiis disceptatum esse, & quosdam nullam talem posuisse, quemadmodum postea Pyrrhonii: quosdam sensum dumtaxat: alios nihil huic tribuentes, id verum putasse, quod vulgatum est, Mens videt, mens audit, cetera surda sunt, & cæca: alios utramque dedisse judicandi potentiam, sensum in iis, quæ sensibus subjiciuntur, mentem in iis, quæ comprehenduntur intelligentia: quosdam alias animi nostri potentias concepisse. Hippocrates igitur, ut eorum vitaret importunitatem, generatim duarum potentiarum meminit, sensus & mentis: quas solas in nobis docet cognoscendi ac judicandi vim habere.

AVCTO- BARTHOL.

AUCTORITAS.
l. de Atra bile c. 7.

ΟΙ δὲ μεθ' Ἱπποκράτην ἀπολήσιος ὀρεχθέντες ἀδίκως δίξης, ἐμφύτους ἰδίας σπουδήσαντο μοχθηρίας, ἀνθλογίας ἕνεκεν τὰς ἑαυτῶν σφεσβυτέρας ποιησάμενοι.

BARTHOL. SYLVANIUS, *interpres.*

HIPPOCRATE posteriores insatiabiliter immeritæ gloriæ libidine vexati, contradictionibus adversus se vetustiores adductis, proprias sectas pravas constituerunt.

in l. de Victu acut. t. 44.

ΑΛΛΑ μᾶλλον μέμφεσθαι τοῖς, δέον ἐργάζεσθαι τὰ καλῶς ὑπ' αὐτῶν διδαχθέντα, διὰ φιλοδοξίαν ἑτέραν εὑρεῖν σπουδαιοτέρην. ἀλλ' ἡμεῖς τιμῶντες ἀληθείαν, ἔν τε τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἐπαινέομεν Ἱπποκράτην, καὶ τῷ τὸν οἰκεῖον ἑκάστῳ τῶν ἀγμάτων διδάξαι σκοπὸν, ὡς διὰ παντὸς δοκοῦντα ἐπαινεῖν, ἵνα καὶ αὐτὸν ἑλόμενος ἕκαστος τὴν ὁδὸν τῆς εὑρέσεως τῶν βοηθημάτων.

JO. VASSÆUS, *interpres.*

AT potius culpa eos, qui, cum ea, quæ ab Hippocrate bene præcepta sunt, elaborare & conficere deberent, laudis appetentia ducti sectam aliam constituunt. Verum nos, qui veritatem honoramus, laudamus Hippocratem cum in ceteris omnibus, tum quod in unoquoque opere proprium scopum ita docuerit, ut huic attentus omnino quispiam definitam certamque inventionis auxiliorum habeat viam.

l. An anim. quod in ut. c. 3.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΗΣ, παλαιός ἐστιν.

HOR. LIMANUS, *interpres.*

HIPPOCRATES antiquus est.

l. Meth. med. t. 2.

ΕΙ δὲ τοῖς ἀπὸ τῆς στοᾶς φιλοσόφοις ἐκ τοῦ σωιεδρίου εἰσαχθεῖσιν ἐπιτρέποιμεν καὶ τούτοις τῶν ψήφου, ἐξ ὧν αὐτοὶ πάντα δογμάτων, οὐ τούτων Ἱπποκράτην στεφανώσομεν.

THOM. LINACER, *interpres.*

SI Stoicis philosophis in consessum admissis judicium permitteretur, ex iis placitis, quæ ipsimet statuunt, Hippocrati palmam dabunt.

Ibidem paulo post.

ΚΑΤΑ τὸν Πλάτωνα, καὶ κατὰ τοὺς ἀπ' αὐτὸν περιπάτους, καὶ κατὰ τοὺς ἀπὸ τῆς στοᾶς, ἡ Ἱπποκράτους νικᾷ φυσιολογία.

QUARE Platonis, & Peripateticorum, & Stoicorum judicio, Hippocratis physiologiæ victoria dabitur.

Et

QUID

Et mox.

ΤΙ δῆτ', εἰ τοῖς γεωμέτραις, ἢ τοῖς ἀστρονόμοις, ἢ τοῖς μουσικοῖς, ἢ τοῖς ῥήτορσιν ἐπιτρέψαι τῷ κρίσιν, ἆρ' οἰόμεθα καὶ τούτους, Ἱπποκράτη παρελθόντας, ἕτερόν τινα σοφώτερον εὑρεῖν;

QUID si Geometris, Astronomis, Musicis, aut Rhetoribus judicium concederet, putemusne hos, Hippocrate prætermisso, ulli allii palmam daturos?

in l. Prognost. III. 1.

LAVR. LAURENTIANUS, *interpres.*

ΠΑΝΤΑ γὰρ ἐς τὴν τέχνην χρήσιμα παρ' αὐτοῦ μαθεῖν ἔδει.

QUÆCUMQUE arti utilia ab Hippocrate didicisse oportet.

l. de Dieb. decr. II. 1.

JO. GVINTERIVS, *interpres.*

ΙΠΠΟΚΡΑΤΗΝ ἀληθέστατόν γε πάντων, καὶ κρίνειν ἱκανώτατον ἅπαντες εἶναι πεπιστεύκασιν.

HIPPOCRATES, virut ceteris fide dignior, ita omnium consensu decernendi peritissimus.

l. de Usu part. I. 9.

ΩΣΠΕΡ Θεοῦ φωνὴ ἡ Ἱπποκράτους λέξις.

HIPPOCRATIS dictio velut Dei vox est.

l. de Dieb. decret. III. 12.

ΕΓΩ δ' οὐδὲν παρ' Ἱπποκράτει μάτην οὕτως γεγραμμένον.

NIHIL quicquam ab Hippocrate frustra scriptum invenio.

l. de Decr. Hipp. & Plat. VIII. 5.

JO. GVINTERIVS, *interpres.*

ΤΟ μὲν δὴ λευκὸν φαίνεσθαι τὸ φλέγμα, διότι καὶ τὴν γένεσιν αὐτοῦ μικραὶ πολλαὶ πομφόλυγες συναπολαμβάνουσιν, λέγειν Ἱπποκράτης οὐκ ἐτόλμησεν, ὡς μεῖζον ἤδη φυσιολογίας, ἢ κατὰ τέχνην ἰατρικήν.

QUOD sane pituita alba appareat, eo quod in generatione ipsius exiguæ multæ bullæ excitantur, Hippocrates dicere ausus non est, ceu quid ulterioris contemplationis, quam ad artem medicam pertineat.

l. de Respir. diff. II. 1.

JAN. CORNARIVS, *interpres.*

ΜΗ δυσωπεῖτο τις κατὰ τὸν Ἱπποκράτους δόξης, καὶ ῥᾷττον ἤδη τοῖς λεγομένοις πιστεύοι πρὶν κατὰ τὴν ἀπόδειξιν ἀναγκασθῆναι.

NE QUIS Hippocraticæ famæ ac nomini honore habito flectatur, ac citius dictis fidem præbeat prius, quam per demonstrationes cogatur.

in

NEQUE

in l. 1. Epid. III. 7.

ΟΥΘ' Ἱπποκράτη καλὸν ἀπιστεῖν, ἐμφαίνει γάρ ὡς ἑωρακὼς ταῦτ' ἔγραψεν, ὅτε ψεύδεσθαι αἰσχρὸν λέγοντα, καὶ αὐτὸν ἑωρακέναι. αἰσθητέον οὖν ἡμᾶς φιλοπόνως αἰσθητικῇ καὶ τῇ πείρᾳ κελεύειν τὰληθές.

NEQUE Hippocrati decet diffidere (præ se fert enim oculis arbitrata hæc conscribere) neque mentiri convenit, dicereque etiam sese vidisse. Quare observandum nobis est sedulo, & experientia de veritate existimandum.

l. Quod animi mor. c. 9.

Ο μὲν Ἱπποκράτης ἀξιόπιστός ἐστι μάρτυς, εἴ γέ τις ἐπὶ μάρτυρι ποιοῖτο, καθάπερ ἐνίοις ἔθος ἐστί, τῷ δογμάτων ἀληθείαν. ἐγὼ δ' ἔχω ὡς μάρτυρι παιδεύειν πιστεύω τοῖς πολλοῖς ὡσαύτως, ἀλλ' ὅτι τοὺς ἀποδείξεις αὐτοῦ βεβαίας ὁρῶ, διὰ τοῦτο ἐγὼ κἀὐτὸν ἐπαινῶ.

JVN. PAVL. CRASSVS, *interpres.*

HIPPOCRATES testis sane fide dignus atque gravissimus est, si quisquam testibus, ut nonnullis mos est, decretorum suorum veritatem afferat. At ego viro huic non tamquam testi, ut plerique assolent, sed quoniam ejus rationes firmas invenio, idcirco fidem adhibeo, eumque laudo.

l. contra Iulian. c. 5.

ΤΩ μὲν Ἱπποκράτει πρὸς τοῖς ἀρίστοις ἰατροῖς οἱ κράτιστοι τῶν φιλοσόφων μαρτυροῦσιν.

JVL. ALEXANDRINVS, *interpres.*

HIPPOCRATI, præter optimos medicos, philosophorum etiam optimi consentiunt.

l. de Vsu part. 1. 8.

ΖΗΛΩΤΗΣ ὢν Ἱπποκράτης Πλάτωνι, εἴπερ τις ἄλλος, καὶ τὰ μέγιστα τῶν δογμάτων παρ' ἐκείνου ἐλαβεν.

IMITATOR, si quis alius umquam, Hippocratis Plato fuit, & ab illo dogmata mutuatus est maxima.

l. de Decr. Hipp. & Plat. VIII. 5.

ΟΥ μόνον δὲ Πλάτων, ἀλλὰ καὶ Ἀριστοτέλης, καὶ Θεόφραστος, οἵ τε ἄλλοι μαθηταὶ Πλάτωνός τε καὶ Ἀριστοτέλους, οἱ τὸν περὶ τῶν χυμῶν λόγον ἐζήλωσαν Ἱπποκράτους, ὥσπερ γε καὶ τῶν παλαιῶν ἰατρῶν

JO. BERN. FELICIANVS, *interpres.*

NEQUE solus Plato, sed & Aristoteles, & Theophrastus aliique cum Platonis, tum Aristotelis discipuli Hippocratis de Humoribus rationem æmulati sunt. Quin etiam ex medi-

cis

ἰατρῶν οἱ δοκιμώτατοι, Διοκλῆς, Πλειστόνικος, Μνησίθεος, Πραξαγόρας, Ἡρόφιλος.

cis graviſſimi quique, Diocles, Pliſtonicus, Mneſitheus, Praxagoras, Herophilus.

l. Meth. med. 1. 2.

THO. LINACER, *interpres.*

ΕΞΗΓΗΤΗΣ τῶν περὶ φύσεως λογισμῶν Ἱπποκράτης Ἀριστοτέλης ἐστίν.

RATIONUM Hippocratis de natura Ariſtoteles interpres eſt.

in l. de Alim. III. 22.

JO. BAPT. RASARIVS, *interpres.*

ΕΙ τις ὁμιλήσειε τοῖς Ἀριστοτέλει καὶ Θεοφράστου γράμμασιν, ἔτι τῆς Ἱπποκράτους ὡσπὲρ δόξης φυσιολογίας ὑπομνήματα συγκεῖσθαι.

SIQUIS in Ariſtotelis ac Theophraſti libris ſit verſatus, is ceu commentarios phyſiologiæ Hippocratis illos conſcriptos eſſe, arbitrabitur.

l. de Natur. fac. II. 4.

THO. LINACER, *interpres.*

ΤΑΥΤΑ συμπάντα, καὶ πρὸς τούτοις ἕτερα πολλὰ, τά τε τῶν φαρμάκων δυνάμεων, καὶ τὰ τῶν νοσημάτων τῆς γενέσεως, καὶ τὰ τῶν ἰαμάτων τῆς εὑρέσεως, Ἱπποκράτης μὲν πρῶτος ἁπάντων, ὧν ἴσμεν, εἶπεν, Ἀριστοτέλης δὲ δεύτερος ὀρθῶς ἐξηγήσατο.

HÆC omnia atque etiam alia quamplurima, tum de prædictis facultatibus, tum de morborum generatione, tum remediorum inventione Hippocrates, omnium poſt hominum memoriam primus recte dixit: Ariſtoteles poſt eum recte eſt interpretatus.

l. Meth. med. 1. 2.

THO. LINACER, *interpres.*

ΜΑΡΤΥΣ ὁ χορὸς, ὁ τῶν περιπάτου, τὰς Ἱπποκράτους ἀρχὰς τῆς φυσιολογίας πρέμων.

TESTIS cœtus Peripateticus, qui & ipſe Hippocratis Phyſiologiæ principia confirmat.

l. Quod opt. Med. initio.

REN. CHARTERIVS, *interpres.*

ΟΙΟΝ τι πεπόνθασιν οἱ πολλοὶ τῶν ἀθλητῶν, ἐπιθυμοῦντες μὲν ὀλυμπιονίκαι γενέσθαι, μηδὲν δὲ πράττειν, ὡς τοῦτο τυχεῖν, ἐπιλησθόμενοι, τοιοῦτόν τι καὶ τοῖς πολλοῖς τῶν

QUOD moris patiuntur Athletarum plerique, cupientes quidem Olympiorum victores evadere, nihil autem moliri, quo id conſequantur ſtuden-

tes:

πῶν ἰατρῶν συμβέβηκεν. ἐπαινῶσι μὲν γὰρ Ἱπποκράτην, καὶ πάντων ἀπάντων ἡγῶνται, ἡγεῖσθαι δὲ αὐτὸν ἐν ὁμοίοις ἐκείνῳ, πάντα μᾶλλον ἢ τοῦτο πράττουσι.

tes: Idem & multis medicis accidit. Nam Hippocratem quidem laudant, ac omnium principem existimant: ut autem fiant illi inter similes, ipsi omnia potius quam id agunt.

IMITATIO.

l. Quod opt. med. sit phil. f.

ΦΙΛΟΣΟΦΗΤΕΟΝ ἡμῖν ἐστι πρῶτον, εἴπερ Ἱπποκράτης ἀληθῶς ἐστιν ὃν ζηλωτὰς· κἂν τοῦτο ποιῶμεν, οὐδὲν κωλύει μὴ παραπλησίους, ἀλλὰ καὶ βελτίους αὐτῶν ἡμᾶς γενέσθαι, μανθάνοντας μὲν, ὅσα κελῶς εἶπεν ἐκεῖνος γεγραφέναι, τὰ λείποντα δὲ αὐτοὺς ἐξευρίσκοντας.

LVD. BELLISARIVS, *interpres.*

CERTE nos primum studium debemus in philosophia consumere, si veri Hippocratis æmuli esse volumus. Quod si fecerimus, nihil impediet, quo minus eo meliores efficiamur, nedum similes, si, cognitis iis, quæ ab illo bene dicta sunt, cætera, quæ arti desunt, ipsi inveniamus.

in l. de Vict. acut. t. 17.

ΤΑ Δ' ὑφ' Ἱπποκράτους γεγραμμένα, καὶ πρὸς τοὺς ἀληθῶς συνδιάζοντας τέχνῃ συνήσεσθαι φρονίμους ἄνδρας γένεσθαι δυνάμενα.

JO. VASSÆVS, *interpres.*

NAM, quæ ab Hippocrate scripta sunt, ea in prudentibus viris, qui vere artem constituere studeant, reperiri possunt.

l. de Tot. morbi temp. c. 8.

ΒΕΛΤΙΟΝ δὲ, ἐξεργάσασθαι τὰ τοῦ Ἱπποκράτους τέχνῃ. σχεδὸν δὲ οὐδεὶς τοῦτο ἐποίησεν.

JO. GVINTERIVS, *interpres.*

PRÆSTAT vero artem Hippocratis excolere, quod nemo prope factitavit.

l. de Vsu part. t. 8.

ΤΙ δή ποτ' ἔν, καί τοι ζηλωτὴς ὢν Ἱπποκράτους Πλάτων, εἴπερ τις ἄλλος, καὶ τὰ μέγιστα τῶν δογμάτων παρ' ἐκείνου λαβών, ὅπως ὀλιγωρῶς ὑπὲρ ὀνύχων χρείας ἀπεφήνατο;

NIC. RHEGINVS, *interpres.*

CVR itaque Plato (præsertim cum Hippocratis imitator, si quis alius umquam, fuerit, & ab illo dogmata mutuatus sit maxima) tam negligenter de unguium utilitate locutus est?

ΑΝΤΙΛΕΓΟΜΕΝΑ, καὶ ΑΠΟΛΟΓΟΥΜΕΝΑ.

ARISTOPHANES
Nubibus, p. m. 180. c.

ΤΟΙΣ Ἱπποκράτους υἱέσιν εἶξας, Καί τε καλῶσι βλιτομάμαν.

EVPOLIS ἐν Δήμοις, *citante* Schol. Aristoph. *ibi.*

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ δὲ παῖδες ἐμβόλιμοί τινες. Βλήχωνα τέκνα, κ' ἀδαμῶς πνιγηρόν.

Etymologicon in Σύες.

ΣΥΟΥΣ, τοὺς Ἱπποκράτους υἱοὺς ἔλεγον, καθὰ Παναιτὸς καὶ Μέμνονος εἰς ὑλώδιαν κωμῳδουμένους.

ATHENÆVS
Deipnos. III. 17. p. m. 96. F.

ΜΗΤΡΑ ἐξῆς ἐπεσώθη, μητρόπολις τις ὡς ἀληθῶς ἅπασι καὶ μήτηρ τῶν Ἱπποκράτους υἱῶν, οὓς εἰς ὑωδίαν κωμῳδουμένους οἶδα.

GALENVS
I. Quod an. mores. c. 4.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ υἱοὺς ἐπὶ μωρίᾳ σκώπτουσιν οἱ κωμικοὶ διὰ τὸ ἄμετρον θερμόν.

CONTRADICTA, ET DEFENSA.

Jo. ANT. VANDER LINDEN, *interpres.*

TE *filiis Hippocratis Similem, blitum vocant iners.*

Jo. ANT. VANDER LINDEN, *interpres.*

HIPPOCRATIS *fuere filii nothi, Suboles insulsa, nullius frugi bonæ.*

Jo. ANT. VANDER LINDEN, *interpres.*

SVES Hippocratis filios dicunt, cum Panætio & Memnone suillum ingenium cavillantes.

ISAC. CASAVBONVS, *interpres.*

DEINCEPS illata est vulva, metropolis revera & mater filiorum Hippocratis; quos propter ingenium suillum scio esse Comicis irrisos.

Jo. GVINT. ANDERNACVS, *interpres.*

HIPPOCRATIS autem filii ob calorem immodicum stulti Comicorum fabulis ridentur.

l. adv. Lycum, initio.

ΤΟΝ μὲν ἐγκαλέσαι Ἱπποκράτει, ἢ ἐᾶσαι τὸ ἐγκλήματα ἀπολογεῖσθαι βεληθέντα, πρὶν τοῦτο ποιεῖν, πεπυσθῆναι καλὸν ἦν παλαιᾶς δόγματα.

JVL. ALEXANDRINVS, *interpres.*

QVI Hippocratem accusare, aut pro eo respondere vult, priusquam facit, exerceri eum oportet in sententia Senis.

l. de Elem. 1. 9.

Ὁ μὲν ἓν Ἱπποκράτης βραχυλογίᾳ χρῆται παλαιᾷ.

VICT. TRINCAVELLIVS, *interpres.*

HIPPOCRATES solita antiquorum brevitate utitur.

l. de Vsu part. 1. 9.

Πολλὰ Ἱπποκράτης δ' ὀλίγων ῥημάτων διδάσκει, τὰς γε δυναμένους μανθάνειν τὰ αὐτοῦ.

NIC. RHEGINVS, *interpres.*

MVLTA Hippocrates verbis paucis eos docet, qui ipsius dicta assequi possunt.

l. de Crisib. III. 11.

ΕΠΕΣΘΑΙ δ' οἱ πολλοὶ βραχυλογίᾳ παλαιᾷ μὴ γεγυμνάσθαι, λείπειν δοκοῦσί τινα.

NIC. LEONICENVS, *interpres.*

MVLTI prisca brevitatem assequi minime consueti, quædam deficere arbitrantur.

in l. de Fractur. III. 4.

ΙΔΙΟΝ ἐστι τῆς Ἱπποκράτους βραχυλογίας ἅμα σαφηνείας ἀφ' ὧν ἐπιφερομένων ἐπιδείκνυσθαι τὸ παραλελειμμένον ἐν τῷ προφερομένῳ λόγῳ.

VIDVS VIDIVS, *interpres.*

BREVITATIS Hippocratis proprium est, id, quod in proposito sermone desideratur, aperte ex eo, quod subjicitur, indicare.

l. de Resp. diff. III. 5.

ΤΙΣ ἓν ὁδὸς τῆς εὐπορίας; χρὴ γὰρ ἐντεῦθεν ἄρξασθαι. μία μὲν, ἡ κοινὴ πάντων τῶν παλαιῶν συνήθης βραχυλογία. δευτέρα δὲ ἡ Ἱπποκράτους αὐτοῦ μεγαλοφροσύνη. δεδόκηται γὰρ ἡμῖν δηνὸς πολλά-

JAN. CORNARIVS, *interpres.*

QVÆ est igitur via facultatis? oportet enim inde initium sumere. Una quidem communis illa omnibus veteribus familiaris breviloquentia. Altera vero peculiaris illa Hippocratis animi altitudo. Monstratum

πολλάκις ὁ ἀνὴρ ἔστ', ὅσα μὴ καὶ τοῖς ἄλλοις ἰατροῖς ἐσὶ γνώρισμα προφερέστερον, ὡς ὑπὸ μηδενὸς τῶν γνησίως ἀσκούντων τὴν τέχνην ἀγνοηθῆναι δυνάμενα, τὰ δὲ τοιάδε ἀγνοούμενα πάντ' ἐπιμελῶς τε ἅμα καὶ σαφῶς ἐξηγούμενον.

stratum enim nobis est, quàm gravis sit sæpenumero hic vir, ut qui ea, quæ aliis medicis nota sunt, prætereat, velut quæ à nemine eorum, qui artem exercent, ignorari queant: quæ verò talibus ignota sunt, omnia diligenter simulque perspicue exponat.

in l. de Artic. IV. 16.

VID. VIDIVS, *interpres.*

ΡΗΤΕΟΝ δὲ πρὸς τοὺς τοιαῦτα ζητοῦντας, τὸ σημαινόμενον τὸ λεγόμενον σχῆμα μόνον φρονίζειν τὸν Ἱπποκράτην, καθάπερ ὁ Πλάτων ἡμᾶς ποιεῖν ἀξιοῖ.

Iis, qui hæc requirunt, respondendum est, Hippocratem eo tantum intendere, ut propositam rem exprimat, quod & ipse Plato faciendum nobis præcipit.

l. de Elem. II. 3.

VICT. TRINCAVELLIVS, *interpres.*

ΙΠΠΟΚΡΑΤΕΙ δὲ βραχὺς καὶ στόμος ὁ λόγος, αὐτὸ τὸ φαινόμενον σαφῶς χρήσιμον, τῆς μηδὲν ὑπονοήσας μηδένα, μηδ' ἀγνοῆσαι τὰ τοιαῦτα, μηδ' ἀρνήσασθαι.

Oratio Hippocratis brevis & concisa est, quia id, quod evidenter apparet, absque ulla probatione scripsit, haut suspicatus fore, qui hæc ignoraret aut negaret.

l. de Purg. facult. c. 5.

JVL. MART. ROTA, *interpres.*

ΕΙΣΙΝ, οἳ πάντα μᾶλλον, ἢ τὸν Ἱπποκράτους λόγον, ἀληθεύειν βέλονται.

Sunt, qui omnia potius, quam verba Hippocratis, vera esse volunt.

l. de Diffic. respir. 1. 4.

THN τῶν Ἱπποκράτους γνώμην ἐξηγήσασθαι, καὶ τῆς ἐν αὐτῇ ἀληθείας ἀκριβῶσαι προφανεῖν τοῖς ἐντυγχάνουσι, πολὺ κάλλιόν ἐστιν, ἢ προκαταλαμβάνειν τὸν καιρὸν τῇ δόξῃ τῶν παλαιῶν.

SENTENTIAM Hippocratis exponere, ac veritatis, quæ in ea est, certitudinem iis, qui in nostra inciderint, exhibere multo melius est, quam præoccupare tempus existimationi ac famæ venerandi senis.

l. de Succ. bon. & mal. c. 1.

ΕΝΙΟΙ δὲ τῶν λοιπαινόντων τὸν Ἱπποκράτης διδασκαλίας ὁμολογήσειν μοι λαθραίως, ὁρεῦν μὲν ἐνιαχῶς τὴν πρὸς Ἱπποκράτην φιλονεικίαν, μεταστῆναι δ' αἰδεῖσθαι πρὸς Ἱπποκράτην μεθ' πεντήκοντα τῆς ἡλικίας ἔτη.

in l. Aphor. v. 64.

ΟΥΧ ἁπλῶς, ὅσὴ ἀεὶ βραχυλογίαν ἀσκεῖν ἔοικεν ὁ Ἱπποκράτης, ἀλλ' ἐν οἷς μέγα τὸ κινδυνεύμενον παρ' ἀμελῶς ἀκουσθέντα διδάσκειν, λέγειν ἐπὶ τούτων ὅπως ὀκνεῖ ταῦτα αὐτοῖς δὶς ἢ καὶ τρίς.

l. Meth. med. IX. 8.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΗΣ, ὡς αὖ πρῶτος δύσεισιν, ἔτε τὴν προσήκουσαν ἅπασιν ἐπέθηκε τάξιν, ἔτε τὴν ἀξίαν ἐνίοις τῶν σκοπῶν ἀκριβῶς ἀφωρίσατο· παρέλιπέ τε πολλὰς αὐτοῖς ὁδοιπορίας, ἀσαφῶς τε τὰ πλεῖστα εἶπε παλαιὰν βραχυλογίαν ἐμιμήσατο.

in l. de Victu acut. II. 36.

ΔΙ' ὅλης γὰρ βιβλίου πάνυ καλῶς εἴρηται τὸν Ἱπποκράτην, καὶ καλῶς τάξιν διδάξαι τῶν ἀδυνάτων λύσ, καὶ μάλιστα αὐτὸς πρῶτος τὴν ὄψιν αὐτῶν παρέμυσε.

in l. de Offic. med. I. 10.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΗΣ δὲ καὶ τὰ

JVL. ALEXANDRINVS, *interpres.*

EORVM, qui ab Hippocratica doctrina defcivere, apud me nonnulli clam confeffi funt, manifefto fe quidem cernere cupiditatem contendendi adverfus Hippocratem, interim pudore affici, fi poft quinquageffimum demum annum ad Hippocratem deficiant.

NIC. LEONICENVS, *interpres.*

NON fimpliciter, neque femper fervare brevitatem videtur Hippocrates, fed in quibus magnum aliquod periculum imminet fi negligentius, quod ab ipfo docetur, accipiatur, in his bis terve repetere eadem non veretur.

THO. LINACER, *interpres.*

HIPPOCRATES, ceu primus inventor, nec debitum omnibus ordinem dedit, nec cujufque indicationis dignitatem ad unguem finivit, & quafdam in ipfis difcretiones omifit, obfcureque plurima pro antiqua dicendi brevitate eft interpretatus.

JO. VASSÆVS, *interpres.*

FIERI nequit, ut uno libro omnia ad medendum pertinentia, bene fcriberet Hippocrates, atque ordine doceret: præcipue cum ipfe primus horum inventionem fit molitus.

VIDVS VIDIVS, *interpres.*

HIPPOCRATES breviter

τὸ βραχὺ λέγει, ἡδέως μὲν κατάφαν-
νες, εἰ βελτιεῖεν σύρειν. ὁ γὰρ ἀπαγ-
δεύτους ἀνθρώπους, ὡς ἡμεῖς νῦν,
ἀλλ' ἱκανῶς γεγυμνασμένους ἐν τοῖς
μαθήμασιν ἐδίδαξεν, ὡς τὰ τοιαῦ-
τα καὶ αὐτὸς ἐπινοεῖν ἑτοίμως ἐξ
ἀκριβείας τοῖς τῶν προδεδηγμέ-
νων.

in l. de Artic. III. 49.

ΕΙ μὲν τὰ σαφῶς ὑφ' Ἱπ-
ποκράτους γεγραμμένα, μὴ νοήσας
καθὰ τὸν προσήκειν ἐπιβολὴν, καὶ
δὶς καὶ τρὶς καὶ πολυπλοκὶς ἀνα-
γνώτω προσέχων τὸν νοῦν. εἰ γὰρ τῦ-
το ποιήσῃ, πάντως τοῦτ' συνοήσῃ
σαφῶς ἐρμηνευόμενον.

l. de Præcogn. ad Posth. c. 12.

ΜΟΝΗΝ φησὶ τὰς σφυ-
γμὰς γνωρίσαι Ἱπποκράτης τὸν
ἐξειργασμένον.

in l. de Humorib. II. 28.

* * *

Græca desunt.

in l. de Artic. III. 37.

ΠΑΡΕΛΙΠΕΝ ἴσως Ἱπποκράτης, ἢ τὸ παρελθεῖν τὸν ἀκριβῶς θεασάμενον τὸν ὅλον φύσιν, ἢ τὸ μὴ νομισθῆναι τὸν τοιοῦτον λεπτολογίαν οἰκείαν εἶναι τῇ προκειμένῃ πραγματείᾳ.

in l. de Fractur. I. 9.

ΤΩΝ δὲ πεδοτικῶν ἐπαίρε-
σθαι

ter loquitur, quum quid existimat evidens futurum, si qui idipsum invenire studeant. Non enim rudes docuit, quemadmodum nos nunc, sed admodum in disciplinis assuefactos, sic, ut ex eorum, quæ prius ostensa sunt, consequutione, talia per se nullo negotio assequantur.

VIDVS VIDIVS,
interpres.

SIQUIS prima lectione non intelligit, quæ clare ab Hippocrate scribuntur, iterum & tertio & sæpius diligenti animadversione relegat: quod si faciat, quæ plane ab ipso traduntur, omnino intelliget.

JVL. MART. ROTA,
interpres.

SOLAM pulsuum scientiam Hippocrates non excoluit.

JO. BAPT. RASARIVS,
interpres.

NOTITIAM à pulsibus profectam, vel non habuit Hippocrates, vel certe non exercuit.

VID. VIDIVS,
interpres.

QUÆDAM Hippocrates prætermisit, vel quod non ex toto universam eorum naturam fuerit intuitus, vel quod tam diligentem inquisitionem ad propositum pertinere non existimaret.

VID. VIDIVS,
interpres.

SAGITTARIORUM exemplum

ὅτι μαρτύριον, ἀνόητον ἐχάτως ἐστὶ, καὶ βέλτιον λῶ μηδ' ὅλως αὐτὸ λελέχθαι παρ' Ἱπποκράτους, ἢ μετὰ ταῦτ' ἐᾶς λελέχθαι. τὰ δὲ ἐχάτως ἠλίθια καταφρονεῖσθαι μᾶλλον ἢ ἐλέγχεσθαι σφοδρά. τὸν γε δὴ γραμμάτων ἔλεγχον, ὡς τὸν γε κατὰ τὸν βίον ἐπ' αὐτῶν τῶν ἔργων ἅπαντ' ἐγὼ κωλύω γίγνεσθαι, καὶ μάλιστ' ὅταν ὁ τὰ τοιαῦτα φλυαροῦν πείσῃ τοὺς ἀκούοντας, ἑαυτῷ τὴν θεραπείαν ἐπιγράψαι καὶ κόμην. συμβαίνει γε μὴν ἀνελέγκτοις ἡμῖν ἐνίοτε καὶ δι' γραμμάτων ἠλιθίους δόξαις, ὅταν πολλοὺς ἴδωμεν, ὡς ἀληθέσιν, αὐτοῖς πεπεισμένους. ὅπερ καὶ νῦν ὁ Ἱπποκράτης ἔπαθεν, ἐπιδείκνυσι δὲν εἶναι κίνδυνον ἐπιδοῦναί τε καὶ τοξεῦσαι.

transferre ad vinciendum, existimari debet prorsus fatuum, satiusque fuisset eos ab Hippocrate nullo modo commemorari, quam acerrime refelli. Nam quę prorsus stulta sunt, deridenda magis sunt quam à scriptoribus confutanda. Non tamẽ prohibeo, quo minus, dum in vivis agunt, redarguantur: ac præsertim, ubi, qui hæc nugatur, audientibus persuadet, ut sibi hominis curationem committant. Fit etiam interdum, ut nos quoque in scribendo stultis opinionibus contradicamus, ubi multos videmus illis credere, quasi veræ sint. quod & nunc accidit Hippocrati, nihil esse commune sagittariis & vinciendis, ostendenti.

in l. de Victu acut. 1.

ΔΟΞΕΙ μὲν εἶναι λογικώτερον τὸ νῦν σφοδροσκληρύνον ὑφ' Ἱπποκράτους, διωκαμμένων ἡμῶν καὶ χωρὶς τῶν τοιούτων ἰατρεύειν ὀρθῶς. οὐ γὰρ τὸ μαθεῖν τὸ ποιητέα τὸ καλῶς ἰᾶσθαι τοὺς νόσους σφόδρα τισὶν ἰατροῖς, οὐκ οὖν τὸ ζητῆσαι τὴν αἰτίαν τῆς διαφωνίας τῶν διαφόρως θεραπείας γραψάντων ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς νοσήμασιν. ἔστι δὲ καὶ ἀληθὲς οὐ μόνον χρησιμώτατον, ἀλλὰ καὶ σφόδρα τῶν ἁπάντων καὶ ζητῆσαι δέκιστον, ὡς δείξω, σφοδρότατά τε καὶ λόγου. ἔστι γὰρ ζητήσεως ἄξιον, ὦ σφόδρα, καὶ ὅπως αὐτὸ λύσ.

Joh. Vassæus, *interpres.*

Logicam magis speculationem sapere videtur, quod ab Hippocrate in quæstionem disceptationemq; ponitur, cum & sine hujusmodi speculationibus recte sanare queamus. Nempe morbos recte sanare inest medicis ex faciendorum cognitione, & non ex investigatione causæ: ob quam sunt controversi, qui varias in hujusmodi morbis scripserunt curationes. Est vero secundum veritatem id non commodissimum modo, verum quoque & omnium primum, atque quæsitu necessarium, ut procedente exponam sermone: quod enim quæstione dignum sit quod proponit, & quo solvit modo.

l. de Diæta Hipp. in acut. c. 11.

Desunt Græca.

AVG. GADALDINVS,
interpres.

TEMERE Hippocrati adversantur, qui ad ejus scripta imparati accedunt, priusquam literas didicerint. Suam enim ipsorum ignorantiam incusare cum debuissent, obscuritatem Hippocratis reprehendunt : quippe qui ob propriam imbecillitatem non possint magnitudinem Hippocraticæ virtutis assequi. Ita enim opinor affectæ sunt ad Hippocratis scripturas insipientium abjectorumque hominum animæ, ut oculi ad solem, dum in ipsum intuentur. Ut enim illi de propria imbecillitate redarguuntur à Solis pulchritudine, convincunturque ; quippe qui haud possint perseveranter citra laborem in ipsum intueri, sed tandem cæcutientes ad tenebrosa se vertunt : ita animæ profanorum hominum, quæ prius in encyclopædiis non fuerint educatæ, à pulchritudine scripturarum Hippocratis, & fulgure circumcirca perculsæ, ac dogmatum lumine vallatæ, quodam modo cæcæ fiunt, & ab iis, quæ majora sunt, quam ut ipsæ ferre possint, aversæ, ad parva quædam & obscura, suæque ipsarum ignorationi accommodata, accedunt.

l. Meth. med. XI. 15.

ΕΝΙΟΙ δὲ, ὥς φησιν Ἱπποκράτης, ὑσμικρὰ κεχδαίνεζιν, ὅτι ἀγνοῶσιν.

THO. LINACER,
interpres.

SED aliqui sunt (ut Hippocrates ait) qui ex eo, quod ignorant, non parum lucri faciunt.

l. de Venæs. adv. Erasistr. c. 3.

ΚΑΙ ΤΟΙ φιλόνεικος ὥστε καὶ Ἀσκληπιάδης, ὥσθ' ἅμα τῷ μελέτῃ τῶν Ἱπποκράτους τε καὶ τῶν παλαιῶν ἰατρικῶν ἐκ ὤκνησεν εἰπεῖν.

JOS. TECTANDER,
interpres.

ASCLEPIADES adeo contentionis studiosus fuit, ut mortis meditationem cum Hippocratis tum veterum medicinam nominare non sit veritus.

in l. 1. *Epid.* II. 50.

ΕΠΕΙ δὲ πολλοὺς τῶν εὐδόξων ἰατρῶν ἑώρακα μὲν, ἐγκληθέντας δικαίως ἐφ' οἷς ἔπραξαν, ἢ λέγουσιν ὡς,

HERM. CRUSERIUS,
interpres.

POSTEAQUAM non parum multos vidi claros medicos jure ob id reprehensos,

λάπυζας, ἢ φάρμακον διδόντας, ἢ οἶνον, ἢ ὕδωρ ψυχρὸν, ἐνενόησα πάντα μὴ τι καὶ αὐτὸς τῷ Ἱπποκράτει συμβαλεῖν τὸ τοιοῦτον. ἐξ ἀνάγκης δ' ἦν πολλοῖς καὶ ἄλλοις τοῦτ' καθ' αὐτὸν ἰατροῖς.

quod vel in mittendo sanguine, vel lavando, vel medicamento dando, aut vino propinando, aut frigida, offendissent, cogitavi mecum fortasse etiam ipsi Hippocrati tale quid usu veniisse: necessario itaque multis etiam aliis ejus æqualibus medicis.

A. Corn. Celsvs

III. 4. p. m. edit. 121. l. 9.

Igitur sic ægros nutriebant, ut dierum imparium accessiones exspectarent. deinde postea cibum, quasi levioribus accessionibus instantibus, darent: adeo ut Hippocrates, si alio die febris desisset, recidivam timere sit solitus.

Id Asclepiades jure ut vanum repudiavit; neque in ullo die, quia par imparve esset, ægris vel majus vel minus periculum esse dixit. Interdum enim pejores dies pares fiunt; & opportunius post febrium accessiones cibus datur. Nonnumquam etiam in ipso morbo, dierum ratio mutatur; fitque gravior, qui remissior esse consueverat. Atque ipsus quartusdecimus par est, in quo esse magnam vim antiqui fatebantur.

A. Corn. Celsvs

III. 4. edit. m p. 121. l. 34.

Est etiam apud Hippocratem, ei, quem septimus dies liberaturus sit, quartum esse gravissimum. Ita, illo authore, in die pari & gravior febris esse potest, & certa futuri nota.

Atque idem alio loco quartum quemque diem, ut in utrumque efficacissimum apprehendit; id est, quartum, septimum, quartumdecimum, decimumseptimum. in quo ab impari ad paris rationem transit. Et ne in hoc quidem propositum conservavit: cum à septimo die undecimus, non quartus, sed quintus sit. Adeo apparet, quacumque ratione ad numeros respexerimus, nihil rationis, sub illo quidem authore, reperiri. Verum in his quidem antiquos tum celebres admodum Pythagorici numeri fefellerunt.

Cælivs Avrelianvs,

Acut. Morb. II. 29. p. m. 125.

Hippocrates libro regulari (quem diæteticum vocavit) peripneumonicæ inquit remedium aptandum ex cocco, atque galbano, atque attico melle, vel abrotano, ex aceto mulso atque pipere admixto, & helleboro nigro. Summum (inquit) est etiam panacem in mulso ex aceto confecto decoquere, & liquatum dare bibendum.

Sed hæc omnia Soranus esse judicavit, & propterea reprobanda, adjiciens, quod mulsum

sum ex aceto factum constringat, & sit inconveniens tumori.

ITERVM
Acut. III. 4. *p.* 168.

ANTIQUORUM Hippocrates libro quem ad sententias Cnidias conscripsit, ex utroque oportere inquit brachio synanchicos phlebotomari.

SED hoc erit evitandum. Siquidem coacervata sanguinis effusio animi facit defectionem, & propterea prohibet tantum detrahi, quantum sufficiat ad relaxandam stricturam.

ITERVM
Acut. morb. III. 6. *p. m.* 185.

FEBREM vero secundum Hippocratem in spasmum venientem, salutarem accipimus. Spasmum autem in febrem, pernicioſum: quamquam ejus excludant sententiam, dicentes, quia secundum ipsum febres corpora gravant, multo magis geminant incommodum, cum vehementibus doloribus. Laxat enim, inquiunt, tumorem naturalis ac mediocris fervor: febrium vero acer, & contra naturam immodicus, vexat.

ITERVM
Acut. III. 7. *p.* 189.

HIPPOCRATES libro, quem ad sententias Cnidias scripsit, cerotario inquit ungendos opisthotonicos, & aqua calida eorum crura fovenda. Jacere jubet in lineis stramentis, utens ad ventrem movendum collyriis, quæ appellavit balanos, & potiones ex radice bryoniæ, & dauco, atque vino confectis. Offert præterea farinam coctam tepentem in partem cibi, ut sæpissime facit, permittens etiam vinum superbibendum, quando voluerint ægrotantes. Tetanico vero non advertens adhibendam vere phlebotomiam, sed non solam. Non enim dignum atque sufficiens tantæ passionis unum adjutorium esse probatur. Item collyria, sive balani, & potiones supra memoratæ, & vinum intemporaliter datum patientibus, contrarium atque saluti noxium monstratur. Alia enim tempore importuna nervis officiunt.

IDEM *Acut.* III. 8. *p.* 190.

ITEM secundo libro, quem de morbis scripsit, ait esse aliquando conducibile tetanico sine vulnere effecto, atque primævo corpore, & habitudine vigenti, ætatis tempore plurimæ frigidæ ablutionem, siquidem fervorem reclamet ac revocet. Dat etiam nigrum helleborum cum pipere, & lacte asinino carne concocto potat, atque sternutamentum commovet.

MIRANDUM igitur, quod in his, qui tali passione afficiuntur, frigida utendum existimat Hippocrates, qui jamdudum ait frigida quæque esse inimica ossibus, nervis, dentibus, & cerebro. Sternutamenta etiam commovere tumores nulli non dubium est. Item asininum lac nulla ratione laxare tumentia probatur. Dehinc stomachum

evertet : fiquidem fit tetri odoris & faporis. Item helleborum nigrum nervos obfidet, atque purgando, vel deducendo corpus exagitat.

IDEM *Acut*, III. 17. *p.* 215.

VETERUM autem medicorum, Hippocrates fecundo libro de morbis, communiter inquit refrigeranda fuperiora, particulariter autem adhibenda vomifica medicamina, & phlebotomia ex brachio, & capite. Tunc facculum aqua calida plenum deponendo jubet ægrotantes : facere etiam collyrium decem digitorum, quem appellavit balanum, atque hunc fummo tactu felle taurino ungendum: tunc fi nihil perfecerit clyfterem adhibendum. Vel fi hoc quoque minus valuerit, folliculo artis æraria immittendum inquit ventum per podicem, quo diftantia ventris inteftinorum replicatis folliculis fiat, tunc ftatim adhibendum clyfterem probat, detracto fupradicto folliculo, & podicem cum fpongia obftruendum, atque in aquam calidam ægrotantem deponendum. Utendum inquit primo tempore paffionis melle decocto, atque vino.

Secundo libro epidemion multum vini meraci, atque frigidi dari jubet, donec fomnus vel dolor fiat crurum, fufpicione caufarum follicitatus : exiftimat enim vel conftituit fieri paffionem incendio fuperiorum & frigore inferiorum.

CONTRARIAS igitur virtute materias adhibendas judicavit, non intuens paffionem ex tumore fuiffe confectum. Denique principio vomitus, quem adhibendum probat, afperat ejus celeritatem : fiquidem disjiciendo corpora commovet. Phlebotomare autē convenit non poft vomitum, fed laxamenti caufa, non ut Hippocrates affectandum putat, ob frigidandum corpus. Dehinc ex brachio, non ex capite, neque fimul ex multis partibus phlebotomare oportet. Etenim repentina fanguinis effufio virium defectum faciens, non finit congruam fieri detractionem, vel quantum magnitudini paffionis eft conveniens. Collyrium autem felle taurino perunctum, omnifariam nocens accipimus. Etenim ob acrimoniam fellis atque mordicationem tumentia provocat in fervorem, & ob longitudinem digitorum decem immiffum premit eas partes quæ neque tenuem liquorem fine gravatione accipere, vel ferre valent. Nam ex ærario folliculo quid dicere oportet, fi ubi inflationis metus eft, immittendum extrinfecus exiftimat ventum, atque, quod eft maximi peccati, frigidum his partibus, quæ etiam naturali tactu prægravantur, non aliter, quam fi quemquam in tetanica paffione conftitutum cum fit poteftatis laxativis curare virtutis, eumdem organis diftendere contendamus. Advertendum igitur, quod magis roborat vexationem, vel duplicat corporis inflationem, adjiciens graviora, quo etiam per clyfterem liquoribus magis prægravet corpus, ut tumentia importune vento vexata, etiam

liquo-

liquoris percuſſu intemporali feriantur. Item ſpongia apponenda quam probat, extenta magis premit. Utitur autem vino, malis quidem, ſed ſui ſimilibus conſiliis. Neque enim temporaliter declinationem paſſionis obſervavit. Præterea uſu immodico, ſiquidem plurimum dari jubet, & intemperato, quod ſæpe in ſanitate conſtitutos alienari mente perficit, tunc etiam incongrue, ſiquidem frigido. Omne etenim frigidum tumentia auget. Repugnanti ergo judicio vinum dare perſpicitur, effectum ſomno atque dolori crurum aſcribens, ſomnus etenim levigata atque ſoluta paſſione efficitur: dolore autem pejorante, & aſperato tollitur. Quod ita manifeſtum eſt ut demonſtratione non indigeat.

IDEM *Tard.* IV. 3. *p.* 472.

HIPPOCRATES enim libro quam ad ſententias Cnidias ſcripſit, helleborandos principio ægros ordinavit, ultimum adjutorium cæteris anteponens. Dat præterea panem ita curatum, ut neque ab hominibus recte valentibus poſſe digeri facile videatur. Item pulentum, atque fœnigræci ſemina.

CUM ſint hæc qualitate contraria: alia enim aſtringunt, alia relaxant, & nulli adjutorio tempus adjunxit.

IDEM *Tard. paſſ.* IV. 8. *p.* 485. 486.

HIPPOCRATES libro Prognoſtico ſignificare inquit lumbricos interfectionem ægrotantis, quoties mortui fuerint excluſi omnibus in morbis.

HEROPHILUS vero libro quem ad Hippocratis Prognoſticum ſcripſit, ſive vivos, ſive mortuos excludi negat incongruum.

Et mox:

CHRYSIPPUS Aſclepiadis ſectator, libro tertio de lumbricis, ſic inquit Hippocratem ferri, dicentem ſuo libro, eos qui in ægritudinis declinatione cum ſtercoribus egeruntur, nihil grave ſignificare.

SED neque inquit Dioclem Hippocrati contrariam protuliſſe ſententiam, dicendo mortuos vel inanes eſſe meliores: ſiquidem hic in febribus ſolutionum hoc dixiſſe videtur, Hippocrates autem mortem ſignificare in febribus ſtructuræ.

IDEM *Tard.* V. 1. *p.* 502.

HIPPOCRATES vero libris, quos ad ſententias Cnidias ſcripſit, magis utendum dicit egeſtate atque vaporatione, & continentia, & danda ſicca vel arida quæque, & acriora mandenda. Si enim æquibilis æger fiat, hoc eſt, urina facilior, ac ſi ſpiratio difficilis fuerit, quam dyſpnœam vocant, & tempus æſtatis, & æſtas media, dicit ex brachio phlebotomandos, & poſt detractionem factam dat panem calidum vino infuſum atque oleo, & carnem ſuillam ex aceto decoctam. Dat etiam cantharides tres detracto capite

&

& pedibus, & primis in tribus cyathis aquæ cumtritas.

Sed neque quo tempore exercitio utendum sit manifestat, neque usque quo mandenda sint acriora, vel quando vaporationes adhibendæ. Dehinc si plebotomare oportuerit, non solum æstivo tempore, ac media æstate, sed etiam omni tempore atque ætati convenire phlebotomiam probamus. Est præterea importunum vinum, ac repugnans eo tempore commodis phlebotomiæ. Item cantharides humorem commovent. Carnis quoque offerendæ tempus significare neglexit.

Henr. Corn. Agrippa
de Van. scient. c. 82.

Jam vero & Hippocrates, quem ipsi pro Deo colunt, ab aliis in plerisque non tam diversum sentit, quam turpiter erravit. Nam in libro de Natura infantis ait: Generatur ex luteo ovi avis, nutrimentum autem & augmentum habet album, quod in ovo est:

Quod falsum probat Aristoteles in libro de Animalibus & in libro de Generatione animalium, disputans contra Alcmæonem, qui cum Hippocrate sentiebat, concludit: origo pulli in albumine est, cibus per umbilicum ex luteo petitur. cui sententiæ adhæret etiam Plinius, inquiens: Ipsum animal ex albo liquore ovi corporatur, cibus ejus in luteo est.

Et mox:

Nonne etiam ille Hippocratis aphorismus mendax est? Mulier non podagrizat, nisi menstrua illi defecerint:

Cum multæ fœminæ, quibus etiam menstrua fluunt, podagras patiantur.

Jvl. Cæs. Scaliger
de Subtil. adv. Card. cc. 18.

Tueris enim, atque etiam profiteris nefandum illud Hippocratis deliramentum, à quo non absunt Galeni trepidationes. Animam nihil aliud esse, quam cœleste calidum. Absurdior ejusdem sententia in primo de ratione victus. ἐστέρηται ἐς ἄνθρωπον ψυχὴ πυρὸς καὶ ὕδατος σύγκρησιν ἔχουσα. Itaque etiam illa ausus est. ἡ ἀνθρώπου ψυχὴ ἐν ἀνθρώπῳ αὐξάνεται, ἐν ἄλλῳ δὲ οὐδενί.

Sed sibi contradicit: ἡ ψυχὴ τὸ αὐτὸ πᾶσι τοῖς ἐμψύχοισι. Si enim est idem in homine, & cane, ergo anima hominis augebitur in cane, & canis anima in homine vicissim.

Sed & alia ibidem contradictio: ἡ ψυχὴ αἰεὶ ὁμοίη· ἡ γὰρ ἀλλοιοῦται, ἡ λαβὲ φύσιν, ὅτε δὲ ἀνάγκλω. Similia superioribus in sexto Epidemion: ἀνθρώπου ψυχὴ ἀεὶ φύεται μέχρι θανάτου.

Jvl. Cæsar Scaliger
de Subtil. ad Card. cccvii. 5.

Neque mens ægrotat, ut falso voluit Hippocrates, cum dolorem, quo cruciamur, non sentimus.

Sed quoniam dolentem ad locum, subsidii ergo, distracti spiritus, non repræsentantur imaginationi.

FINIS.

R
126
H5
1665
v. 2